VOTA, ET MOTIVA SENTENTIÆ LATÆ PRO Priore, & Canonicis Angelicæ Ecclesiæ B. Mariæ Maioris de Pilari, in Curia illustrissimi domini Iustitiæ Aragonum. S.C. M. domini nostri Regis Consiliarij, super iure præcedendi Capitulares, eorumq; Syndicos, & Procuratores Ecclesiarum Cathedralium Regni Aragonum (exceptos dumtaxat Capitulares Sedis Metropolitanæ) in comitijs, & quibuslibet congregationibus Aragonum.

AD VERITATEM HVIVS ECCLESIÆ, fundatio iussu Deigenitricis à D. Iacobo facta, collecta; & veterum Patrum testimonijs comprobata, accurateq; discussa.



...Libris ...lentini Antonetti Sacerdotis

VERITAS TANDEM VINCIT. *Prouer. 28.*

Madriti, Apud Ludouicum Sanchez, Anno M. DC. VI.

EA, DE QVIBVS Lectorem principio visum est admonere, hæc sunt.

IN ARAGONIA, quæ caput est omnium Regnorum, celsitudinis coronæ inclyti Regis Aragonum, perpetuum illud comparatum est ius, vt cõmunes & publicæ leges, neq; fieri, neq; tolli, neq; rogari possint: nisi priùs vniuersus populus, comitijs institutis, suum de ea re liberum suffragium ferat; idq; posteà ipsius Regis assensu comprobetur. Atq; ideò vetus est maximum & præstantissimum ius, vt comitia à quoquam alio, præterquam ab ipso Rege, haberi non possint. Ab eo autem indici, tribus potissimum de causis consueuerunt. Prima videlicet suppetiarum ferendarum, exigendiq; (vt vulgo loquimur) seruitij causa; dum eũ magna aliqua premit necessitas. Altera verò propter nouam vniuscuiusq; Regis successionẽ: vt par & mutua illius in nos, & nostræ in illũ iureiurando deuinctæ fidei authoritas intercedat. Non enim Regibus fas est, ad gubernacula Regni sedere, quousq; pro more solito iuris, ac legum, adhibita cautione, & fœdere, comitijs institutis, mutua fides constringa-

tur. Quorum habendorum hæc postrema solet esse visitata, & notissima causa: vt pro temporum varietate leges dentur Reipublicæ consentaneæ. Huiusmodi tamẽ comitia in duplici differentia consistunt: sunt enim vel particularia, vel generalia: particularia dicuntur, in quæ solius Aragoniæ Regni ordines conducuntur tãtùm; Generalia verò, in quæ trium Regnorum conuentus, scilicet, Aragonię, Cathaloniæ, & Valentiæ coniunguntur. Quæcumq; verò illa sint, nobis intra nostros fines habenda sunt. Quòd si ad Cæsaraugustam vrbem indicuntur: ius est, vt in diputationis amplissima domo habenda sint; vbi & Regi, & Regni ordinibus sunt singuli opportuni loci definiti. Constãt autem comitia ex quatuor tantùm ordinibus, Ecclesiastico, Patricio, Equestri, Ciuico & Municipali: Ecclesiasticus quidem, in quem Cæsaraugustanus Archiepiscopus, & cæteri omnes Aragonẽses Antistites cõfluũt, ac Cathedralium & Collegiatarum Ecclesiarum (vt vocant) Capitula. Militariumq; Præceptores (vt vulgo loquimur) comendarum. Patricium verò Ricorum hominum, & Baronum conuentũ maiores nuncupabant, nunc verò Nobilium ordo appellatur. Equestris autem ordo, in quem milites, ac infantiones cõueniunt: Ciuicus verò, ac municipalis vniuersitatum ordo vocatur, vulgariq; sermone, el braço de las vniuersidades de las ciudades, villas y villeros de Aragõ. Quatuor

igi-

igitur ij ſunt noſtrorum hominum ordines adhibendi in comitijs ſuffragia conſtituti, quos ſolemus, los quatro braços del Reyno, nuncupare. In comitijs enim Respublica noſtra quaſi integrum quoddam corpus fingitur: cuius caput cenſetur Rex: Trūcus verò corporis, ac membra in eo locata, ipſi ordines: iuſtitia autem Aragonum, collum: quod vtrūque coniungit, & corporis, & capitis faucibus adhæreſcit, eſtq; peculiaris iudex comitiorum. Ad noſtra ergo comitia ij quatuor ordines euocandi ſunt. Euocantur autem ſingulatim per literas, in quibus à Rege proponitur ratio conſilij, quo ductus comitia habenda decreuit, & ipſorum comitiorum dicitur dies, & opportunus deſignatur locus. Cōſtituta verò die Rex aduocata cōcione inſignibus Regijs ornatus & in throno magnæ pulchritudinis, & maieſtatis ſedens, habere aliquam orationem ſolet, & in ea conſilij ſui rationem fuſiùs explicat, quæ à noſtris Propoſitio comitiorum appellatur. In qua quidem concione, & in ſtamentis vbi ſeparatim ad deliberandum ſuper ea, quæ in comitijs proponuntur, dicti brachij, ſeu ordines congregantur; ordo in ſedendo, & ſtando ſeruatur, in brachijs præſertim, Eccleſiaſtico, & Ciuico: digniores namq; in altiori loco ſtare ſedereq; debent. Quare cùm cauſa honoris, & præeminētiarum vitæ æquiparetur, & perditio honoris morti ſimilis ſit: adeò quòd Apoſtolus dicebat, Expedit

ma-

magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Inter sanctas Ecclesias beatæ Mariæ Maioris de Pilari, & Cathedrales totius Regni lis orta fuit, super præeminentia sedendi & ferendi suffragium, quæ scilicet illarũ posit & debeat præcedere; Cathedrales, videlicet, dictam Collegiatã, an verò Collegiata dictas Cathedrales. Et quia pro iuribus præcedentiarum, & honoris cõpetit petitorium & possessorium; ideò instante dicta Ecclesia de Pilari, domus prædicta diputationis (vbi comitia celebrari debẽt) respectu iuris præcedendi dictas Cathedrales, in comitijs fuit apprehensa per Curiã illustrissimi domini iustitiæ Aragonum; quæ apprehensio nil aliud est, quàm sequestratio. Eiusq; processus diuiditur in quatuor partes. Prima est, & dicitur sequestratio: quia iudex, ne partes veniant ad arma, bona & iura ad manus Regias apprehendit. In secũda parte seu articulo litis pendentiæ vocato, agitur de possessorio summarissimo, scilicet, de cõmittendo rem apprehensam (lite pẽdente) parti, quæ meliùs probauerit, fuisse in possessione bonorũ, seu iurium apprehensorum tempore apprehẽsionis, & antea, per triginta dies, & ista custodia rei cõtentiosæ, quæ dictæ parti committitur, lite pendente, vocatur recredentia in Gallia, in Castella, & alijs partibus interim, in Aragonia verò commissio Curiæ. In tertia parte, seu articulo agitur de pleno possessorio, vocato apud nos articulo

iuris firmarum. Et tandem in quarta parte, seu articulo agitur de proprietate, & dominio rerum apprehensarum: apprehẽsione igitur facta in dicto articulo litis pendentiæ, partes prædictæ suas obtulerunt propositiones, cõtendendo super dicta commissione: & tandem processu finito, petentibus partibus diffinitiuè pronuntiari, positus fuit in consilio dominationis iustitiæ Aragonum, vbi per egregios iudices Consiliariosq́; locum tenentes dictæ Curiæ appellatos, cunctis rimatis & æqua iustitia lance discussis vetustissimis scripturis, breuiarijs antiquissimis, & libris Ecclesiasticis antiquis, eorũq́; codicibus vndiq; conquæsitis, ac perscrutatis, authoribusq́;. Quorum testimonijs partes vsæ sunt, veluti potuerũt, perlectis, definitum fuit in fauorem dictæ Ecclesiæ de Pilari, pronuntiandum fore, prout pronũtiatum fuit Cæsaraugustæ sub die decimotertio Augusti de anno 1605. & dicta sententia supplicata reuocari, fuit confirmata sub die vigesimotertio eiusdem mensis & anni. Hoc quidem ex grauissimis, pariterq́; doctissimis motiuis, *quæ typis mandare (vt omnibus tantùm innotescat decretum, nec non gloriosissima dictæ Ecclesiæ de Pilari fundatio, facta iussu sacratissimæ Deigenitricis Mariæ à D. Iacobo Christi Apostolo, Hispaniæq́; protectore) libuit vnà cum scholijs siue apostillis. D. Michaelis Martinez à Villar locũ tenentis, processusq́; Relatoris, & Consultoris

san-

Nã etsi de iure indices non teneãtur animorum suorum vota exprimere l. in summo. de re iudica. Osascus decis. 74. n. 9. Secus vero de foro Aragonũ, for. vt iudices cõsiliarij, & Assessor. motũ suorum votorum exprimere tenẽtur: cõmoda autem, quæ ex huiusmodi motiuis eliciũtur, declarat optimè Quintil. Mandos. de inhibitionibus. q. 72. num. 20.

ſanctæ Inquiſitionis. Nam etſi ſcholijs authoritatibusq́; vti in motiuis non ſit receptum; in his autem circa difficiliora doctis, pijsq́; viſum eſt neceſſarium: tùm quia illorum authores ſapientibus, & inſipientibus debitores ſunt: tùm ne aliquibus videatur durum, quod Doctores christianiſsimi catholiciq́; profitentur, docent, & tenent: tum ne ſit qui dicat, Vos teſtimonium perhibetis de vobis ipſis, teſtimonium veſtrum non eſt verum: tùm tandem ne refractarius quisquam audeat dicere, quod de Vincentio Valuacenſe, & diuo Antoni o liberiùs iudicauit Canus, his verbis: *Quorum vterq; non tam dedit operã, vt res veras certasq́; deſcriberet, quã ne nil omninò præteriret, quod ſcriptum in ſchedulis quibuslibet reperiretur.* Nil enim in eis dicitur, proponitur, terminatur, narratur, deciditur, nec deſcribitur, quod non fuerit, & ſit ſacræ Scripturæ, vel ſanctiſsimorum Romanorum Pontificum, ſanctorumq́;, ſeu Imperatorum, Regum, Cardinalium, Archiepiſcoporum, Epiſcoporum, & Iuriſconſultorum doctiſsimorum, ſiue legum municipalium, breuiariorumq; Eccleſiæ Romanæ, & Eccleſiarũ Hiſpaniæ, ac aliarum Prouinciarum, ordinumq́; totius Orbis terrarum: ac demum Doctorum, & hiſtoriographorum grauiſsimorum, idq́; priùs diligenter examinato prudenti, accuratoq́; iudicio expenſo, non vtendo populari trutina, ſed ſingulæ res iuſtis librate ponderibus ſcribũtur, vt apud criticos,

Ad Rom. cap. 1.

De locis Theol. lib. 11. cap. 6. quẽ tamen reprehẽdit meritò Magiſter Coria in ſuo dilucidario de las hiſtorias del Carmẽ lib. 1. cap. 21.

criticos, graues, atque seueros authoritatem habeant. A tot ergo selectis patribus authoribusq; venerandis lapides & ligna tanti ædificij, & operis sumpta sunt, nec sanè (vt optimè inquit Iustus Lipsius) Aranearum textus, ideò melior, quia ex se fila gignunt, nec iste vilior, quia ex alienis libat, vt apes. Vale. Et Deus spei repleat nos omni gaudio, & pace in credendo. *Ad Rom. cap. 15.*

DECRETA CVRIÆ ILLVSTRISSIMI DOMINI Iustitiæ Aragonum, quibus deciditur, sanctam Ecclesiam de Pilari debere & posse in comitijs Aragonū præcedere Cathedrales, præter Metropolitanam sancti Saluatoris Ecclesiam.

IN DEI NOMINE, Amen. Nouerint vniuersi, quòd anno cō putato à natiuitate Domini millesimo sexcētesimo quinto, apud ciuitatē Cæsaraugustæ Regni Aragonum, in camera cōsilij fuerūt

præſentes illuſtriſsimus dominus Iuſtitia Aragonum. S.C.M. domini noſtri Regis Conſiliarius, & illuſtres domini locum tenentes ipſius Curiæ, iuriumq́; Doctores, nempè illuſtriſsimus dominus dō Martinus Baptiſta de Lanuça, Iuſtitia Aragonum, dominus Ioannes Clemens Romeu, dominus Matthæus Deça, dominus Petrus Hieronymus de Mendieta, dominus Martinus de Godino, dominus Michael Martinez del Villar; exiſtenteq́; proceſſu Prioris, Canonicorum, & Capituli B. Mariæ Maioris de Pilari, ſuper apprehenſione in deliberatione circa diffinitiuam ſententiam, dominus Michael Martinez del Villar, Relator fuit voti & opinionis, quòd debet pronuntiari, & mandare fieri cōtenta in propoſitione oblata pro parte Prioris, Canonicorum, & Capituli B. Mariæ Maioris, & de Pilari principaliū Antonij Mirauetę, Auguſtini Ximeno, & Petri Hieronymi Paſamar procuratorum, reſpectu iurium, in vndecimo articulo dictæ propoſitionis deductorum, & reſpectu domus apprehenſæ, præſtita cautione forali: cæteras propoſitiones reijci & repelli debere, & reſeruari ſua iura, æa reſeruari ſupplicantibus, neutram partium in ex-
1 penſis condemnādo. Ex eo præmaximè & aliàs, quia etſi ratio aliqua habenda minimè foret in hoc litis pendentię iudicio (vbi de nuda tantùm, & quatenus facti eſt, & nō iuris, poſſeſsione agitur) de longiſsima honorificentiſsima, venerandiſsi-

dissimaq; antiquitate, & dignitate tantæ Ecclesiæ, quæ sacra est, ac gloria & ornamentum, nõ solùm huius Cæsaraugustæ inclytę ciuitatis, & fidelissimi Regni Aragonũ, verùm totius Hispaniæ, & orbis: Obtinet enim ex receptissima omnium Ecclesiarum, præsertim istius amplissimæ Prouinciæ traditione à Pontificibus summis non semel approbata inter omnes Ecclesias mũdi vetustatis & excellentiæ originis primatum, [A] atque ideò de ea Cæsaraugusta verè ac iure gloriari

A

Agimus namq; de Primatu respectu tantum constructionis dedicationisq́; huius celeberrimæ Ecclesiæ, nõ verò respectu dominationis, & supremæ potestatis, authoritatisvè vniuersalis Ecclesiæ: absit enim hoc dicere: Huiusmodi quidem Primatus tantum est, & existit penes sacrosanctã Catholicam Ecclesiam Romanam, ipsiusq; sanctissimũ spõsum Christi Vicariũ, vt liberè ore pleno profitemur, & firmiter corde credimus. Non tamẽ ex nobis, nec ex schedulis quibuslibet attestamur talem & tantum antiquitatis, & excellentiæ originis dictam Ecclesiam insignem de Pilari habere Primatum, sed ex grauioribus testibus nostræ, & pristinæ ætatis, vt sunt Garcia de Loaysa, Archiepiscopus Toletanus, Præceptorq́; nostri domini Regis Philippi III. in collectione Conciliorum Hispaniæ fo. 292. in margine. Martinus Garcia, Episcopus Barchinonæ, Regis Catholici Ferdinandi concionator, Inquisitorq; generalis in ser. 90 91. & 150. Gaubertus Monachus Historiographus Regis Ferdinandi in chronica Regni Aragonũ in 3. prolog. doctissimus Petrus Canisio, Societatis Iesu, de Deipara virgine, lib. 5. c. 23. fol. 771. diligentissimus, ac sapientissimus don Ferdinandus à Mendoça de confirmando Concilio Illiberitano, lib. 1. fol. 73. & lib. 2. fol. 159. Gundisaluus Illescas in historia Pontific. in vita S. Iacobi, Stephanus Garibay. 1. p. lib. 7. c. 2. Doctor Ioannes Gaspar Ortigas in 3. p. patrociniJ pro Gymnasio Cæsaraugustano, Vassæus enla historia de España, fol. 506. Hieron. Blan. in comment. magistratus Iustitiæ Aragonum. fol. 3. & fol. 143. Licentiatus Ludouicus Martinez in causa de

* Cuius Breue et Ep[isto]li Petri Librana ... à Tabellarijs Archiepiscopatus Caesaraugustani auspice affirmant Hieronymus Blancas historiographus in annalibus regni Aragonensis fol. 139. et 140. et ab eo auspice gloriatur Card[inalis] Baronius tom. 12. ad annum 1118. et utroque ea summis laudibus commendat ad Venerationem et antiquitatem S[ancti] templi S. Mariae de Pilari: Ex quibus antiquissima Cathedralis eius Ecc[lesi]a euidenter probatur.

poteſt, ſe primam non ſolùm in Hiſpania, ſed in vniuerſo Orbe Catholicæ fidei ſedem & aram tenuiſſe & extitiſſe, & inde meritò Petrus Librana, primus Cæſarauguſtæ Epiſcopus poſt Arabes Vrbe pulſos vnà cum Gelaſio ſecundo* Pontifice Maximo, circa annum milleſimum cēteſimum decimumquintum, [B] ad inſtaurandum templū dictæ Eccleſiæ, quod vetuſtatis cauſa eſſet ruinoſum, ijs verbis vniuerſos Chriſtiani orbis fideles excitabat, *Quam beato, & antiquo nomine ſanctitatis ac dignitatis pollere nouiſtis.* [C] Et nos iure quidem

Quinto.nu.695. Deuter. 1.p. c.23. Lutius Marineus Siculus de rebus Hiſpaniæ memorabilibus.c.6.num.7. Martinus del Rio, natione Germanus, profeſſione Theolog⁹, inſignis religione, clericus Societatis Ieſu in lib. diſquiſitio. magicarum, lib.2.q.26. ſectio 4. Gregor. Lopez Madera de excellentijs Hiſpaniæ.c.6.fol.40. Prades de adorat. imagi. lib. 2.c.5. Mariana Societ. Ieſu, libro 4.c.2. de rebus Hiſpan. refert plures Petrus Cenedo in ſuis collectaneis, collect. 43. fol.62.num.2.& tandem Doctor excellēs Iacobus Valdes in tract. de dignitate Regum, & Regnorum Hiſpaniæ.c.6. nu.7.& 21. vbi huius primatus ratione egregiè probat, quod Ambaſiator domini noſtri Regis Hiſpaniarum poteſt & debet præcedere omnes Ambaſiatores Regum totius Chriſtianitatis: quia eſt dominus inclytæ & Auguſtiſsimæ ciuitatis Cæſarauguſtæ, quæ meruit habere, & habet primam orbis Eccleſiam: & hoc tàm in Curia Romana, quàm in Concilijs vniuerſalibus Eccleſiæ, & alijs partibus.

B

Seu in anno milleſimo centeſimo decimooctauo, vt quod probabilius & magis receptum eſt ſequamur.

C

Et eſt adeò celebris, & antiquiſsima huiuſmodi glorioſa Eccleſia, & Virginis imago, quæ in ea colitur, quòd de illa verba faciens illuſtriſsimus Cardinalis Baronius in tomo 10. anna. fol.943. ſic ait, Antiquiſsima, &

cele-

poteramus litem huiusmodi decidere, declarãdo, debere eã præcedere Ecclesias Cathedrales dicti Regni, origine & dignitate posteriores: ex quo ordo temporis inducit prælationem in honoribus: nam qui prior est tempore, potior est in iure: vltra quod semper in Regno nostro, senectus venerabilis fuit; & quando gloriosissimum admirandũ principiũ, origoq́; dictæ Augustissimæ Ecclesiæ ius aliquod ad obtinendũ ei non tribueret, quæ Angelicis manibus iussu [D] sacratissimę Reginæ Virginis Deigenitricis, dũ adhuc in humanis ageret, authore diuo Iacobo Maiori Christi Apostolo, consobrinoq́; cõstructa erectaq́; fuit, cuius etiam ratione & causa præferẽda est, tã-
2 quam dignior & excellentior. Nulla enim maior, nec venera-

celeberrima illa Dei Genitricis imago, quæ dicitur del Pilar in Hispania. Et inclytus Rex Catholicus Ferdinandus in quodã priuilegio dato Metinæ 12. Aprilis, anño 1504. sic de ea agit, Sanè ex catholicis occiduis neminem latere existimamus, apud Vrbem Cæsaraugustam, quãdam esse mirificæ deuotionis sacrã & antiquißimam ædem, siue templum celebre, purißimæ ac intemeratæ Virgini Deigenitrici dicatũ, sub vocabulo B. Mariæ de Pilari, innumeris, atq; aßiduis miraculis præfulgentem, &c. Multa grauiter Zurita lib. 1. c. 44. & quòd dignitatẽ det antiquitas, & debeat antiquior præcedere, constat ex l. semper. de iure immun. Multa Belluga in Spec. Princ. rub. 6. num. 24. Marzar. conc. 25.

D

Vt est constans traditio, & attestantur Calixtus III. Pontifex Maximus, & omnes supracitati, necnõ sanctorales Hispaniæ, excellẽtißimus Ioannes Velasquius Comestabilis Castellæ, Dux Friæ, Comes Hari, ac in supremo Italiæ consilio Præses, singularis prudẽtiæ, & eximiæ pietatis, laude clarißimus Princeps, in duobus elegantißimis discursis defensionis diui Iacobi aduentus in Hispaniam. Licentiatus Mota in libello eiusdem aduentus. Et tandem plures

quos

quos recenset D. Bartholom. Lorente in indice authorum dictum attestantium aduentum: cui magis fides adhibenda est ex traditis à Baronio in Martyrologio die 20. Aprilis, non enim tantum religiosissimæ Ecclesiæ B. Mariæ de Pilari existit alumnus, sed etiam Canonicus, & Prior dignissimus, non obstante quòd præbendatus existat in ea. c. super prudentia tua. 14. q. 2. maximè in his, quæ expectãt ad originem dictæ Ecclesiæ, vt per Marsilium Lesbium de origine Italiæ, & Tirre. probatur infra.

bilior origo, quàm regalis est, E atq; ideò & meritò maior honor debetur illi, qui honorabiliorẽ

E

Claudia. in laudi. Serenæ, & Franc. Marzar. consi. 25: sed quid? si Toletana inclyta Ecclesia, meruit Primatum Hispaniæ (super hoc tamen in Aragonia adhuc lis sub iudice est, teste Zurita lib. 14. annal. c. 8.) quia est illustrior et nobilior, propter ipsius inuocationem, quæ beatæ Virginis Mariæ est, cuius inuocatione Ecclesia, quæcumq; augustissima, et celeberrima efficitur: et quia eam ipsa Virgo sanctissima præsentia sua inuisere voluit, quando apparuit diuo Alfonso, vt probant Rodericus Archiepiscopus Toletanus (si credendum est Garsiæ Loaysæ, vbi sup.) don Ferdin. de Mendoça de dicto Concilio Illiberitano lib. 1. fol 76. Blasius Ortiz de templo Toletano lib. cap. 4. Ambros. de Morales lib. 12. c. 49. quantò magis meruit eundem Primatum sæpe dicta Ecclesia de Pilari, tùm ex ratione Valdesi, in dict. c. 6. num. 7. propter quod enim vnumquodq; tale, et illud magis, Bald. in Authent. resq;. C. commu. de leg. nu. 12. et quidquid aliorum causa tale est, id maximè tale habetur, ex Aristot. 2. Metaphys. tùm quia huiusmodi Ecclesia non tantùm eiusdem gloriosissimæ Virginis Mariæ inuocationis est, et non solùm sacratissimæ Virginis præsentia visitatus fuit locus, vbi stat, sed etiam peculiari iussu eiusdem sanctissimæ Virginis constructa dicataq; fuit. Vnde dicebat D. Martinus Garcia in d. ser. 150. et sancto Alfonso apparuit Virgo in ciuitate Toletana, ante apparuit in ciuitate Cæsaraugustæ sancto Iacobo. Sed modò non intendimus euacuare gloriam illustrissimarum Ecclesiarũ Toleti, Tarraconæ, et Bracaris super dicto Primatu contendentium, nec

hanc

originem habet, talem præsertim, & tãtum qualem habuit, & habet huiusmodi præclarissima Ecclesia: & quãdo ad huiusmodi prælationem nihil prodesset, ab initio nascentis Ecclesiæ sæpe dictam sacrosanctam Ecclesiam, Episcopum habuisse, matrem Ecclesiarũ dictæ vrbis fuisse, cathedraleq; extitisse authoritate præexcellẽtissimi Iacobi Zebedęi, quousq; vnita, seu trãslata fuit in excelsam sancti Saluatoris Ecclesiam Arabibus Cæsaraugusta exturbatis, vt constitutissimum est. Fuit namque consuetudo Apostolorum in ciuitatibus, vbi verbum Dei prædicarunt, Ecclesias apud vnamquãq; condere, vt testantur Tertullian⁹, S. Cyprianus. S. Irine⁹, quos refert Pamilius * ex christicolis nouè ad fidem ab eis cõuersis, vnumcuiq; ciuitati Episcopũ præficere, qui cæteros verbo Dei instrueret, & alia tantæ dignitatis officia exerceret, vt apparet in B. Apostolo Paulo, qui Ephesi B. Timothæum eius ciui-

hanc nunc post tot annos suscitare lite, quod instituti nostri est, quærimus; videlicet docere ac probare, ipsam debere, et posse præcedere cathedrales Aragonum: nam si tantas, et tam gloriosissimas Ecclesias ex prædictis non immeritò potuisset, quid mirum quod præcedat eas? Si illud enim, quod minus videbatur inesse, inest, et id de quo magis argum. Authent. multò magis. C. de Sacrosan. Eccles. Meruit enim primum Ecclesiæ nomen in Hispania obtinere, vt inquit pater Christoph. de Castro in histor. Deiparæ. cap. 18.

*

Ad Tertul. de præscrip. aduersus hæret. cap. 20. S. Iren. aduersus hæret. Valen. c. 63. Franc. Bursat. consil. 125. et 126.

ciuitatis Episcopũ nominauit, & Athenis beatum Dionysiũ, & Dertusæ in Hispania S. Rufum, vt affirmant grauissimi Patres, & apparet etiã ex Actis Apostolorum. c. 14. ibi: *Et cũ constituissẽt eis per singulas Ecclesias presbyteros.* Olim namq; coalescentis Ecclesiæ primis exordijs idem erat presbyter, quòd Episcopus, secundùm iura vulgaria, ac D. Thomam, & Baronium. Iacobus ergo aliorum Apostolorum vestigijs inhærens hac in ciuitate vnum è nouem ab eo ad fidem conuersis (Athanasiũ scilicet) huic ciuitati Episcopũ præposuit, & sanctum Petrum Martyrem Bracharij in Lusitania, vt vetustissima traditio est, & antiquissima Breuiaria, Annales, Celtiberi chronicæ Hispaniæ, Martyrologia Romana, & alij grauissimi Patres attestantur, [F] Ex quibus satis liquet, hãc sanctam Ecclesiã ab eius initio cathedralem dignitatem, & nomẽ habuisse. Quod ratione etiã comprobatur. Iacobus consecrauit

F

Don Ferdin. à Mendoça, vbi supra lib. 1. fol. 73. Baronius in Martyrol. die 26. Aprilis in Martyrol. die 26. Aprilis Ambros. de Moral. lib. 9. c. 7. suæ chronicæ, Blancas in suis comment. fol. 3. Licentiatus Mora de aduentu D. Iacobi in Hispania, nu. 43. Prades lib. 2. de la adoraciõ de las santas imagen. fol. 76. Beuter. 1. p. c. 23. Valdes. de dignit. Regũ Hispaniæ, cap. 6. nu. 22. Thesau. concio. die 26. April. Vasseus in chron. Hispaniæ, flos S. Hispaniæ, Dexter in fragmentis historiæ, quam ad B. Hieronymum scripsit. Pater Christophorus de Castro in historia Deiparæ. cap. 18. fol. 425.

trauit Athanasium in Episcopũ huius ciuitatis: ergo aliquã certam & determinatam habuit Ecclesiam, cui tunc preficeretur, vt ratio, & munus ipsum indicat: sunt enim hec correlatiua, Episcopus, & Ecclesia, inter quos matrimonium spirituale contrahitur: at eo tempore nulla alia nõ solum in dicta ciuitate, sed etiã in tota Hispania Ecclesia repetiebatur, nec erat, vt est consors omnium sententia: ergo fatendum, & necessariò tenendũ est, in ea sedem Episcopalem tunc extitisse, & primam omnium totius Hispaniæ hoc nomen & di
3 gnitatem meruisse, conseruasse autem eam toto tempore primitiuæ Ecclesiæ, & eius diris persecutionibus feruentibus non est dubium: nam dum à principio ibi fuit constituta, in posterum quoq; permansisse credendum est, cum ex præterito in futurũ inferatur, [G] non docto de contrario maximè non constito de mutatione, quæ præsumẽda nõ est: tùm quia [H] multò post Go-

G

Cap. cum ad sedem. de restit. spolia. l. siue possidetis. C. de proba. Carol. Sigon. in lib. de Episc. Bononien in principio, qui sic ad propositum elegãter loquitur. Dignitatis Episcopalis in vrbe aliqua institutio, vetustam sanè Christi fideliũ in ea floruisse copiam arguit, & continuata Antistitum in eadem per singula temporum curricula successio haud dubio perpetuo, & nullo vnquã interrupto tempore fidem ibi catholicam esse celebratam ostendit.

H

Eandem sedem tenuit anno illo gloriosissimo, quo maiores nostri celeberrimum illum innumerabilium Martyrũ triũphum in decima persecutione Ecclesiæ reportarunt, vt Garcia Episcopus Barchinon. testatur in sermone 150. ibi & dum Christiani essent in Ecclesia sanctæ Mariæ maioris, vbi Ecclesia Metropolis tunc erat, Necnon & circa annum quingentesimũ decimũ, prout affirmat Maximus, tunc Episcopus Cæsaraugustæ, his verbis:

bis: Concilia celebrantur in sede sanctæ Mariæ ad columnam Cæsaraugustæ, vbi sedes Episcopalis.

thorum tempora, circa annum sexcentesimum vicesimum cōstat, eandem dignitatē habuisse ex Breuiarijs, tàm antiquis, quā modernis Cæsaraugustæ, & ordinis sanctissimi D. Hieronymi sic concipientibus lectionem festiuitatis sancti Braulij dictæ ciuitatis gloriosi Episcopi. *Disputatione autē longa consummata, & Synodo celebrata vnusquisq; ad propriam sedem est reuersus: Beatus verò Braulius dum in ciuitate Cæsaraugustana in sancta Maria Maiori, suam sedem diuinitùs situasset, orta est hæresis de secta illius falsi dici Mahometici.* Idem quoq; reperitur in quodam Missali antiquo eiusdem diœcesis manuscripto, in officio, quod in Missa S. Braulij celebratur & canitur, *Festa colens Braulij aulæ, qui sanctæ Mariæ fuit Præsul.* Probatur idem Breuiario domus Regiæ montis Aragonum antiquæ, & illustris, quòd agens de eadem festiuitate, sic ait: *Synodo celebrata vnusquisq; ad propriam sedē est reuersus, & Braulius Cæsaraugustam*

stam repetens apud sanctam Mariam Maiorem, suam sedem situãs, suis Cannnicis sic fraterna dilectione adhaesit, corroboratur idẽ quodam libro seu tractatu de vita diui Braulij antiquissimo, manu exarato, qui cum prædictis Breuiarijs per eundem ferè sermonem contestatur. *Beatus verò Braulius dũ in Cæsaraugustana ciuitate in sancta Maria Maiori suã sedem diuinitùs situasset*. Quibus assentitur Aimonius monachus Gallus, I & antiquissimus, pro-

I

Assentit etiam vniuersus populus, dum dictam Ecclesiam ab eius incunabulis maiorem appellat. Necnon & Gelasius II. Petrusq; Librana Episcop. Cæsaraugustæ in illis verbis epistolæ iam desuper dictæ, quã beato, & antiquo nomine sanctitatis, & dignitatis pollere nouistis: id enim ex traditis à Doctoribus in cap. statutum. de rescrip. à Menoc. consi. 52. & à Chassan. in cathal. 4. p. consi. 32. tantùm competit Ecclesiæ cathedrali, & docet quã notissima, irrefragabilis, & antiqua est sanctitas & dignitas huius Ecclesiæ, dum alloquentes de vtraq; non Hispanos tantùm, sed vniuersum populum Christianum, aiunt, nouistis. Idem subscripserunt B. Toletanæ Ecclesiæ Archipræsul Suboscquitanus Episcopus S. Calagurritanus Episcopus G. Lascarensis Episcop. & Boso. S. Romanæ Ecclesiæ Cardinalis, vt ex ipsa patet epistola. Maioritatis namq; appellatio denotat superioritatem. c fin. de offic. lega. in 6. Alexand. consi. 4. num. 4. vol. 4. & in terminis Panorm. in cap. ad decorem in 2. notab. de institu. Rursus don Gelasius II in dict. Bulla, siue epistola appellat dictam Ecclesiam Vrbis, docet eo tempore cathedralem extitisse, cum non appelletur ex consuetudine, nec alias Ecclesia Vrbis, nisi tantùm illa, quæ præest alijs ecclesijs. Gamba. de legat. à late, lib. 10. nu. 269. & 270. Non obstat, aliquos non paruæ authoritatis tantæ tamen gloriæ detractores credere cœpisse ab anno 1526. quia est falsum, errant & decipiuntur: tùm quia, vt constat ex Aymonio, vbi infra, & ex breuiarijs tàm huius diœcesis, quàm Montis Aragonum à primordio suo & in primitiua Ecclesia, Gotorumq; tempore appellabatur maior. Tùm etiã,

quia ex quodam instrumento authentico in processu originaliter exhibito apparet dictam Ecclesiam vocari maiorem etiam anno 1143. Nec est verũ dici maiorem propter Ecclesiã magnam penes eam existentem, sequeretur namq; intollerabile absurdum, quòd vna, & eadem res vno eodemq; tẽpore diuerso iure censeretur. Bart. per illum tex. in l. cũ qui ædes. de vsu cap. Bald. in l. 1. C. de seru. fugit. Nec tandem appellatur maior ad differentiam aliarum Ecclesiarum Vrbis eiusdem inuocationis, nec etiam Hispaniæ, sed & totius mundi, non tantũ ratione inuocationis, verũ etiam ratione antiquitatis, & gloria originis; est namq; vt visum fuit in principio primaria Orbis: iure ergo maior nuncupatur; quoniam habet maioratum ex quo nil aliud esse profitentur DD. quàm primogenituram, Bald. in l. cum antiquioribus. de iure deliber. num. 11. Paul. consi. 164. lib. 2. plures & plura Molina de Hispan. primog. cap. 1. congerit, & Tiraq. etiam de primogen. quæst. 1.

batissimus fidelissimusq; testis scriptorq; prisci seculi rerum gestarum, scripsit enim circà annum octogẽtesimum septuagesimum secundum, & de huiusmodi Ecclesia, in hæc verba, K *Atq; in Ecclesia beatæ Mariæ semper Virginis, quæ est mater Ecclesiarum eiusdem vrbis*: & tandem idem affirmat Martinus Garcia Canonicus Cęsaraugustanus, Episcopus Barcinonæ, & Inquisitor generalis Regnorũ Aragoniæ, Hieronymus Zurita, Hieronymus Blãcas, Hieronymus Roman, Ioannes de Marieta, & alij quam plurimi grauissimi viri. L

K

In lib. 1. de transla. corporis S. Vincentij cap. 6. Cathedralis enim Ecclesia mater Ecclesiarum Vrbis dicitur, & appellatur. c. venerabili. de verb. signifi. Abbas in cap. ex parte. 2. num. 1. ad fin. de rescrip.

L

Martin. Garc. vbi sup. serm. 150. Marieta lib. 5. histor. Eccles. c. 39. Roman. lib. 4. de las Repu. c. 2. Morales lib. 12. c. 49. fol. 171. Ribadeneyra

4 Tùm quia in toto illo infelici & miserrimo tempore, quo Cæsaraugusta sub Arabum ditione extitit (quod circiter quadringẽtorum annorum terminum explet) dictam religiosissimam Ecclesiam sedem fuisse Episcopalem, dubio caret, adeò quòd Cathedrales inficiari, nec audent, nec possunt. Nulla enim Christianis Ecclesia permittebatur ab infidelibus, præter hanc gloriosissimam, vt nostri Historici varijs in locis testantur, præsertim Prades, Garibay, Beuter, Blancas, Zurita, [M] qui notabiliter sic exclamat: *Cæsaraugustæ satis constat, reliquis sacris ædibus, siue sartis tectis depopulatis sanctum & religiosissimum templum D. Mariæ Virgini dicatum, quod vulgus de Pilari nuncupat, miseris illis tẽporibus sanctitatis religionis, & cõcilij publici tanquam sacram aram, & perfugij portum nostris fuisse, vnde & Helecæ, & Senıori, ac superioribus posterioribusq; Episcopis & Ecclesiastico cætui sacrosancta ea ædes sedem, ac domicilium præbuit.*

en los Santos extrauag. fo.77. Blancas vbi sup. fol.11. Zurit. lib.1. suorum indicum, & supra citati.

M

Vbi sup. lib.1. suorum indicũ, & lib.1. annal. c.44. don Ferdin. à Mendoça vbi sup. fo.159 Blancas vbi sup. Garibay lib. 23. c.7. fol. 146. Prades vbi sup. lib.9. c.3. §.1. et est mirabile, et tãtæ Ecclesiæ dignum, quod non solum toto illo miserrimo tẽpore semper stetit, dum multæ Ecclesiæ, ac ferè omnes Hispaniæ, et imagines Virginis, quæ nũc (vt par est) venerantur, et apparuerũt post expulsionem Arabum, et sunt (vt ait Magister Guimerã in Chron. Ordinis de la Merced. 1.p.c.16.) herencias de los Godos, fuerunt dirutæ, vel incensæ, vel sub terra reconditæ, vt etiam testatur Generalis historia Hispaniæ: verùm et ipsa habuit sex Episcopos ad minus, vt Zurita, vbi sup. et etiã Blancas fol.283. attestantur, quare quod Morales ait lib. 13. cap.7. fallit in hac Ecclesia.

buit. Tùm quià, ab huiuſmodi ſacra æde id iam diu in contradictorio iudicio obtẽtum eſt; fuit enim lite vertente inter eam, & inſignem ſancti Saluatoris Eccleſiam, & ſeu ipſius Antiſtitem cordatè, & maxima cum deliberatione præhabita cauſæ cognitione, partib' auditis, declaratũ à Ioãne Ferret, Canonico & Archidiacono Hoſcẽſis Eccleſiæ, & Vicario Generali excellẽtiſſimi Infantis, Alfonſi Regis Catholici filij, Archiepiſcopi Cæſarauguſtæ, ãno milleſimo quingenteſimo ſecundo, dictam Eccleſiam fuiſſe à primordijs chriſtianitatis cathedralem, vſq; ad translationem, ſeu vnionem deſuper dictam, his verbis: *Conſtat etiam, quòd dicta Eccleſia, in qua gloriosa Deigenitrix Virgo, dũ in humanis ageret, B. Apoſtolo Iacobo mirabiliter ſuper pilare marmoreum, Angelicis manibus deportatum, apparere dignata eſt, in quo primaria ſedes Cæſarauguſtana per multa annorum curricula collocata fuit, B. Braulio, & alijs multis digniſ-*

dignissimis Episcopis successiuè præsidentibus; & licèt posteà dicta Sedes Cathedralis translata fuerit, nihilominus tamen multa insignia, & prærrogatiuæ cathedralis Ecclesiæ penes eā remanserunt, & quasi vna Ecclesia cū maiori Cæsaraugustana reputatur in prærrogatiuis prædictis. Quæ sententia ab eodem Archiepiscopo fuit posteà approbata, & ratificata, necnon & à dictis partibus laudata. Tātorum ergo virorum decreta certam faciunt determinationem nostram, scilicet, sæpedictam Ecclesiam ab initio nascentis Ecclesiæ Episcopos habuisse, cathe-
5 dralemq; extitisse: & consequēter cōstat, ipsam præponi, & anteferri debere, ex quo priùs meruit dignitatem, & huius sedis adoptione longè posteriores, * & inferiores illa sint, & appareāt prædictæ Ecclesiæ cathedrales, adeò quòd de ea illud Poetæ dicere verè possumus:

Fortia facta Patrum, series longissima rerum,
Per tot ducta viros antiqua ab origine Gentis.

* *Cap. Episcopus. vbi Turrec. & alij 17. dist. Abbas, & omnes in. c. 1. de maior. & obed. cap. quorundam. de election. in 6. l. 1. vbi Bart. de albo scri. l. 1. vt dignitatum ord. serue. l. 1. C. de consu. lib. 12. l. honores. C. de decurion. lib. 10. l. fi. C. de Tyro. lib. 12. Chassan. in cathal. glor. mun. 4. p. con. 36. Petrus Greg. lib. 15. syntagm. iur. c. 21. Marzar. consil. 25.*

Et quando in hoc articulo cu-
randum non eſſet de cultu Dei,
religioneque ibi tamdiu mira-
biliter præfulgenti, de rebus
in ea mirificè geſtis, de innume
ris & aſsiduis miraculis ibi quo-
tidie fulgentibus, de pura ſince-
raq; fide ab exordio chriſtiani-
tatis vſque nūc, abſque ruga, &
macula apud eam inuiolabiliter
pro Dei benignitate ſeruata, ita
vt portæ inferi, Hæreticorum ca
liditas, Ethnicorū impietas, Sa-
rracenorum iniquitas aduerſus
eam præualere minimè potue-
rint; nec in medio ignis fuit vn-
quam æſtuata, ſed potius ipſa
contriuit eorum capita, & fuit
noſtris (vt diximus) ſacra ara, eoſ
q; tanta conſtantia & ſtabilitate
muniuit, quòd nulla vnquam ty
rānorum ſæuitia, nulla perſecu-
tionum immanitas, nulla rei fa-
miliaris, nulla patriæ honoris ia-
ctura, nullæ hæreticorum frau-
des, nulla deniq; ſanguinis effu-
ſio clariſsimum fidei lumen in
eis ſemel incenſum extinguere
potuerint, vt adimpleret quòd
ſacra-

ſacratiſsima Deigenitrix promiſerat diuo Iacobo quãdo ad ripam Yberi, vbi ſtat dicta Eccleſia eidem corporaliter videndã, & eius diſcipulis ſeſe obtulit; eãq; conſtrui præcepit, N *Pilare*

Nec vt eleganter, inquit Caniſius vbi ſup. mirandũ eſt, quòd Mariæ adhuc ſuperſtiti huiuſmodi Eccleſiam dicauerit Iacobus; idem enim fecit Marta Maßiliæ, & iure quidem: nã ſi Marcus Euangeliſta. S. Sauianus, & Maternus Petro adhuc viuenti condiderunt templa, ſicuti ipſe probat; & Abdias de Ioanne Apoſtolo ſcribens, ipſo adhuc viuenti baſilicam in eius nomine poſitam Epheſi fuiſſe teſtatur. Non eſt ergo cur miremur, aut impoßibile cenſeamus etiam Apoſtolorum ſeculo Deiparæ Virgini nondum defunctæ huiuſmodi templum extructum fuiſſe. Nec etiam eſt cur offendamur, quòd dictæ Virginis iuſſu, ea viuente, fuerit ſibi dicatũ, ex quo id fecit (vt ipſa dixit) pro iſtius Prouinciæ tutellæ beneficio, & gloria. Qualis enim honoris indigere potuit Regina cœlorũ, quæ meruit eſſe, & vocari Mater Dei? Quid quæ vanitatis ſuſpicari licet in ea, quæ nulla peccati labe fuit vnquam maculata? atque ideò non vanam gloriam, non rapinam arbitrata eſt, quòd peccatoribus pro eiuſdem Virginis patrocinio inuocando profuturum neceſſariumq; erat, quorum non ſolùm in cœlis futura, ſed etiam in terris exiſtebat aduocatrix: & dum viuens potuit, & debuit dici beata, vt ipſa de ſe teſtatur, exclamans: Beatam me dicent omnes generationes; nil mirum quòd & in templis viuens voluerit pro hominum ſalute venerari, prout omnes coluntur beati. Sed quid? S. Petrus adhuc in humanis agens diuo Marco ſtatuit, quòd illi eius nomine Eccleſiam Alexandrinam erigeret, prout erexit, ex quo dicta Eccleſia meruit primum locũ poſt Romanam obtinere, vt teſtatur per hæc verba Baronius in primo tomo anno 45. & 46. illud in præſentiarum præteriſſe non liceat Alexandrinam Eccleſiam, ea etiam de cauſa primum locum poſt Romanam obtinuiſſe, quòd Marcus eandẽ Petri nomine id ſtatuentis erexit. Et S. Michael in Monte Gargano Eccleſiam ſibi conſtrui præcepit, his verbis: Ego enim ſum Michael Archangelus, qui in conſpectu Domini ſemper aßiſto, locumq; hunc in terris incolere, tutũq; ſeruare inſtituens, vt habitur

in homiliario Doctorum, & in Breuiario Romano in die dedicationis basilicæ sancti Michaelis, & seu apparitionis eiusdem consentiunt antiquissima martyrologia, & refert Surius in 5. tomo, agens de S. Michaele in mense Septēbris. Quid ergo mirum idem, et ex ea causa iusisse beatam Dei genitricem Apostolorum Magistram, et Angelorum dominam? Maximè cum hoc non fuerit, nec sit contra humilitatem, vt constat ex eleganter traditis à D. Thoma in 2.2.q. 161. artic. 3. à S. Gregorio in Ezechielem lib. 1. homil. 9. à diuoq; Iustino martyre. q. 70. ad Orthodoxos.

* *Lib. 2. de natura Deorum.*

istud erit in loco isto vsque in finem mundi, & Christum colentes nunquam ex hac vrbe deficient. Quare iure meruit principatum, dictam prælationem, primum honorabilioremq; locum inter dictas Ecclesias vbiq; obtinere: tū quia debetur illi, qui rerum gestarum gloria, religione, cultuq; Dei præ cæteris fulget: si enim ex sola religione, Cicero *Rempublicam Romanam cæteris omnibus anteponebat, dicēs: *Et si fortè conferre volumus nostra cū exteris cæteris reb⁹, aut pares, aut etiam superiores reperiemur religione, idest, cultu Deorum multò superiores,* quantò maiori cum ratione præferenda est huiusmodi illustrissima Ecclesia, quæ eodē cultu, ac dignitate originis, excellentia senectutis, decoreq; rerum gestarum omnes prædictas Ecclesias procul à se relinquit: tùm quia talibus huiusmodi priuilegium propter vitæ discrimen conceditur, in quo propter salutem reipublicæ se constituerūt: tùm quia inde amplissimos,

ſimos, & maximos honores eius Fani Antiſtibus ſemper habitos, & vetuſtis tabulis, & memoria ſuperiorum temporum pro certo cum Zurita, & alijs affirmare poſſumus. Tùm demum, quia ſi ex omnibus prędictis in aliquibus præcedere meruit dictã Metropolitanã Eccleſiã, quæ prædictas omnes antecedit, quantò maiori cum ratione poterit ipſa eaſdem præcedere? Et quando tandem non eſſet attendenda exemptio, qua ſubeſt tantùm & immediatè Chriſti Vicario ſummoq; totius Eccleſiæ Pontifici Maximo. Nec ciuitas, vbi adeſt, quæ eſt Metropolis, & inſigne omnium ciuitatum Regni, ac eiuſdem, & celſitudinis coronæ ſereniſsimorum Aragoniæ Regum caput, omniumq; etiã (teſte D. Yſidoro O) ciuitatũ Hiſpaniæ in multis clarior, quibus ex cauſis debuit, & debet etiam huiuſmodi prælationem habere, cum quando quis ſublimiori & digniori immediatè ſubeſt, ac in excellentiori loco exiſtit;

O *In lib. 15. ethymolog. cap. 1. Cæſarauguſta enim omnibus citerioris Hiſpaniæ ciuitatib. prælata eſt, fuitq; colonia immunis apud Romanos, teſte Plinio in lib. 3. naturalis hiſtoriæ cap. 3. Antonio Auguſtino Archiepiſcopo Tarraconenſi in epiſtola ad Hieron. Blancas, qui idem teſtatur fol. 114. in ſuis Commentarijs, vbi inſerta eſt, Zurita lib. 1. c. 44. & Ambroſ. de Morales. 1. p. lib. 8. c. 54. Salduba olim vocata, poſteà verò à Cæſare Auguſto Imperatore, ſita & nominata Sedetaniæq; Prouintiæ Metropolis, à Strabone Prudentio, & ab alijs multis laudatur, & maximè à Martino Garcia, Epiſcopo Barchinonæ, in ſerm. 102. & à Hieron. de Blancas in comment. fol. 5. dicente: ex his igitur omnibus, & alijs quã plurimis aperte, vetus illud de noſtra Cæſarauguſta vrbe dictum fuiſſe verum colligitur. Eam nimirum matrem Martyrum ac genitricem Sanctorum extitiſſe, cum hoc in munere ius ab ipſa Roma ſuperetur, & tandem à Miedes, Epiſcopo Albarraginenſi, in tract. de ſale, lib. 1. num. 38.*

P

Cap. per tuas. cum glos. versi. Subdiaconatus. de maior. & obedi. Innoc. in cap. cum capella. de priuil. Chassan. in cathalog. glor. mun. 12. p. consil. 63. c. vt Apostolicæ. de priuil. in 6. Dec. in cap. clerici. num. 46. de iud. Chassan. 8. p. consi. 18. & 11. p. consil. 14. vbi dicunt, melius esse, vt quis sit mediocris ciuis vnius nobilis ciuitatis, quàm esse maiorem ciuem mediocris ciuitatis. Vnde dicebat Bart in l. 1. de Alexã. prima. quòd ciues Alexandriæ plus debent honorari, quã alij, & Ioan. de Platea ibid. quàm nobiles alterius ciuitatis, & hinc meritò fuit decisum ab illustrißimis Cardinalibus congreg. sa. Concil. Tridẽt. Canonicos cuiusq; Ecclesiæ collegiatæ, ciuitatis Romæ, præferri omnibus Canonicis Ecclesiæ Cathedralis cuiuscumq; alterius prouinciæ & ciuitatis, vt tradit Thomas Zerula in praxi Episcopali p. 2. §. Canonia. versic. 4. fol. 17. quia Roma inter omnes ciuitates mũdi primatum obtinet, cap. 1. c sacrosancta. 22. dist. quæ ratio militat hoc in casu ex quo Cæsarau-

gusta

tãtò dignior, & honoratior sit. P Sed in hoc iudicio tandem attendenda esset insistẽtia, statusq; rei apprehensæ, iuriumq; apprehensorum tẽpore apprehensionis, & quę ex dictis Ecclesijs meliùs quasi possesionem iurium apprehensorum probauerit, adhuc debuit, & debet obtinere huiusmodi sacra Ecclesia, quæ multò meliùs dictam insistentiã possesionemq; probauit. Tùm testibus, tùm chronicis, siue tractatibus de modo & ordine celebrandi Curiam. Tùm demum alijs instrumentis, documentis, monumentisq; antiquis, quibus potius lux veritatis, ex omnibus prædictis & alijs asistit: consuetudo namq; in materia præcedentiæ præualet, vt per Innocẽ. & alios probat Frãc. Marzarius, consil. 25. Non enim obstat in 7
comitijs Tirassonæ celebratis anno millesimo quingẽtesimo nonagesimo secũdo, prædictas Ecclesias Cathedrales prælationẽ habuisse: quia constat, fuisse ex consensu partium, iureq; dicti

con-

cósensus,& familiaritatis, & nó animo,nec titulo acquiredi possessionem,quibus stantibus nullam iuris,nec facti acquirere potuerunt,ex traditis à Mandosio in reg.33.de anna. q. 11. num. 4. Oldra.cons.241.Dec. consi.116. Aym.Crau.consil.127. num.7. Portol.de consort. c.38. num.3. Tùm quia ante dictum consensum in exordio dictarũ Curiarum,Cathedralem ibi existentẽ præcessit ipsa. Nec refragatur, dictam prelationem habuisse in solio propositionis;non verò in Brachio seu stamento; & quòd possessio non recipit extensionem: quoniam quasi possessio vnius actus,inducit quasi possessionem,quoad alium actum sub eadem specie cóprehensum, Q vt prædictum,ex quo eodem ordine quo stant in solio, sedẽt in brachio,vel stamento. Tũ quia in Curijs Montissoni habitis anno millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, in stamẽto quoq; siue brachio præcessit dictas Ecclesias,& quando de huiusmodi

gusta eundem obtinet primatum inter omnes ciuitates Regni. Ergo eadem debet esse iuris dispositio,& quia vt dicebat Mencha.in præfat. cõtrouers.illustr. quantò quis sublimiori subest, tãtò honoratior.

Q *Vt fuit decisum à dominis de Rota in decis.17. num. 13. & 14.in 2.p.decisionum nouissimarum.*

iuſmodi quaſi poſſeſsione, nulla habenda foret ratio ex ſimili cō ſenſu apud eas facto: habēda eſt tamen ex fractione dicti cōſenſus, à Syndico Oſcenſi facta, tentauit enim priùs votū ſuū præſtare, quàm Syndicus dictæ Eccleſiæ, & ideò potuit (vt fecit) reſiſtere illi, & ante eum votum ſuum proferre, quare dum illud fecit, cōtradicti Syndici expreſſam volūtatem, viſus fuit interuertere poſſeſsionem dicti conſenſus, & aliam de nouo acquirere: facta namq; interuerſione, interuertens verè poſsidere dicitur. R Nec poſſeſsionem amiſit, imò potiùs efficaciter retinuit, in conuocatione generalium omnium ſtatuum Regni, anno milleſimo ſexcēteſimo primo Cæſarauguſtæ facta, nā cū hora & die ſignatis Syndici dictarum Cathedralium Eccleſiarum conueniſſent, in aulam Regiam deſtinatam ad eam conuocationem inuenerunt iā ibi Syndicum dictæ Eccleſię, quem vidiſſe conſtat, & ſedentem pacificè

R *Menoch. in tract. de recuper. poſſeſſ. remed. 1. num. 66. & 67. faciunt tradita per Ioann. de Imol. in cap. potuit. de locato. num. 32.*

ficè in loco sublimiori, cumq; minimè in sua pacifica possessione molestasse, nec perturbasse, sed imò sua intentione frustrari timentes & repulsionem (vt credẽdum est) suspicantes S quibusdã protestationibus contenti egressi fuerũt ab aula, quare contrariam quasi possessioné quando eam haberent amisisse dictas Ecclesias, eamq; Ecclesiá de Pilari acquisiuisse, constitutissimum est; nam etsi absens retineat possessionem loci semel adeptam, licèt ab altero posteà corporaliter occupetur, tamen si reuersus in locũ repellatur ab eo, qui corporaliter possidet, vel non admittatur, & suspicetur posse repelli ciuilem, quã anteà retinebat, dubio pcul amittit. T Et cũ in omnibus, & per omnia ad normam, & similitudiné Curiarum Regni, in domibus diputationis dicta generalis conuo-
8 catio habita fuerit, præparandarum Curiarum causa, idem de ipsa iudicãdũ est, quod de ipsismet Curijs; ex quo preparatio ad

S

Nullus namq; præsumitur iactare suum. l. cum de indebito. de probation. adeò quòd dicebat D. Paulus: expedit me magis mori, quàm vt gloriam meã quis euacuet, refert Bald. in consi. 312. lib. 4. Crau. cons. 2. num. 18. & consi. 49. num. 7.

T

L. si id quod. § vlt. de acquir. possess. l. clam possidere. §. qui ad nundinas. eod. tit. Soc. consil. 47. in fi. lib. 2. Decia. responso 15. num. 48. non enim requiritur actualis expulsio; quia sufficit timor, vel suspicio, quod non admittatur, vel quòd possit repelli, Ias. in d. §. qui ad nundinas nu. 33. facit text. in l. nouissimæ. quod falso tutore au.

V
Vt diffuse fundat Hippolyt. de Marsil. sing. 638. atque ideò præparantis causæ iudex, debet esse præparatæ, Mādos. de inhibitionibus. q. 123. num. 5.

*

Ordo enim scripturæ præcedētiam & antelationē inducit. l. qui soluēdo. de hæred. instit. l. quoties. de vsufruct. l. 1. de albo scri. Bald. in l. cum quidam. num, 2. de verb. signific. Felin. in cap. cum dilecta. à num. 4. de rescript. Dec. in. c. auaritiæ, à num. 2. de præben. et in cons. 161. Alexand. consil. 167. lib. 2. Paris. consi. 12. nu. 14. lib. 1. Boher. de aucto. magni consi. num. 24. Chassa. 4. p. consi. 21. Bellug. rubr. 6. num, 24.

X
Forus Item por dar forma, de apprehensionibus vbi Ibādus à Bardaxi multa congerit, et Moli. verb. apprehensio. vers. in eodem foro, fol. 33. et ad eū Portoles infinita cumulat, et in tract. de consortibus. c. 38. num. 2. Non obstat, quòd nouissima possessio præsumitur clandestina: tùm quia in præsen-

actū idem operatur, quòd ipse actus. V Nec obstat nō apparere eos, qui ita egressi fuerunt, Syndicos dictarum Ecclesiarū fuisse, quia imò cōstat per testē ex ipsarum parte productū, qui cōtra eas probat, maximè cum ab vtraq; parte fuerit approbatus. Nec Regestra Curiarū possessionem aliquam ex parte Cathedralium probant: tùm quia interuersam fuisse ex eisdem cōstat: tùm quia ex ipsismet apparet multoties in diuersis Curijs & sessionibus, dictā Ecclesiam Cathedrales præcessisse. * Tùm quia vltimus status, & nouissima possessio est, quæ in hoc possessorio summarissimo attenditur; nō verò antiqua, X & multò minùs illa, quę sic septies fuit, & est interuersa, & in multis Curijs habita aliarum qualitatum causa, quam dictarum Ecclesiarum quibus supradictam Ecclesiam, pręcedere potuerant. Nec rele- 8
uat possessionem habitā, respectu standi, & sedendi in præexcellentiori loco, nō extēdi, nec

trahi

trahi posse ad suffragij præstationem; quia ex quo dicta Ecclesia habuit, & habet locum in comitijs, habet ea, quę sunt loci, nam locus designat locatum, & eius officium: [A] atq; ideò per locum traditur, probatur, acquiriturq; quasi possessio votandi, & iuxta prælationem loci. Nec obstat, quòd de iure debent Ecclesiæ Cathedrales præcedere collegiatam; maximè regularem, conuentualemq́;, cùm præsens causa per possessionem, non autem per titulum decidenda veniat. Sed quid? quando per titulum iudicanda foret, cum potiorem titulū habeat (vt visum est) sæpe dicta Ecclesia debuit vincere, & nō vinci: coruscat enim radijs prioris dignitatis, [B] vltra quod semper quoad dictā præ*sentiarū cessat huiusmodi præsumptio: in comitijs enim nil clandestinè fit. Tùm quia ex regestris adductis pro Cathedralibus varia colligitur obseruatio, atq; ideò ab illis non potest fieri ius; cōsuetudo nāq; nec etiā possessio inducitur in his, quę vario modo fuerūt obseruata, seu non inducitur ex actibus difformib⁹. Crau. cōs. 96. num. 15. Domini de Rota in nouißimis decis. 19. nu. 5. & 6. in p. 2. decisionū nouissimarum, vltra quod de possessione, tempore motæ litis docere debuit. Bart. in l. 1. vti possid. Neuis. cons. 80. & 81. Menoch. de retin. possess. remed. 3.*

A

Si enim non haberet officium in loco, frustra aßignaretur locus: qui non aßignatur propter aliud, nisi propter actum officij; ita magistraliter Bald. in cap. cum M. Ferrariensis de constit. nu. 8. & aliàs ordo confunderetur. Felin. in cap. statuimus. de maio. & obed. Auend. de exeq. manda. c. 19. 1. p. nu. 15. vbi docet, qualiter sit puniendus, qui peruertit ordinem, & quòd illi resisti potest. Credendum est namq; notarium Curiæ eo ordine, quo sedebant & suffragium ferebant, nomina eorum in dictis regestris cuiusq; aßistentiæ collocasse: vt notat Raud. de analog. c. 40. nu. 17. & maximè 3. p. num. 140. facit l. 1. de albo scri.

B

Ex latißimè & pulchrè traditis à Tiraq in tract. cessante causa in limit.

15. Hippol. de Marsil. sing. 35. et 107. Guid. Papæ decis. 377 Bald. in cap. sedes. de rescript. num. 4. Chassan. vbi sup. 4. p. consi. 34. DD. in l. 1. de Decurion. Natta consil. 160. nu. 5. idem Chassan. in cathal. 12. p. consi. 58.

C

Et meritò sanè, est namq; insignis, vt ex omnibus prædictis satis constat. Et frequentatur ab omnibus fidelibus plusquã omnes Ecclesiæ non solùm vrbis, sed & totius Regni, Hispaniæq; , vt his etiam verbis testatur Zurita lib. 1. annal. cap. 44. la yglesia de santa Maria la Mayor, que aun estando la ciudad debaxo del yugo delos Moros, era el templo mas venerado que en España auia, por la grande deuocion que en el tenia el pueblo Christiano, por auer sido aqlla capilla de nuestra Señora la Virgen Maria del Pilar, consagrada cõ grandes milagros, desde los tiempos de la primitiua Yglesia. Cum eo contestatur don Ferdinandus de Mendoça, vbi sup. & appellat eam insignem, fol. 159. Sacrum enim Concilium Tridentinum æquiparat Ecclesias Collegiatas insignes ipsis Cathedralibus, ad quas frequens populus semper accedit, vt fuit decisum à dominis de Rota decis. 29. num. 8. p. 2. in nouissimis.

D

Philippus Portius consil. 164. num 84. Pancir. consil. 6. num. 16. versiculo 4.

lationem pro cathedrali habita est, vt ex omnibus prædictis, regestrisq; Curiarũ resultat, C & potuit etiam iura præeminentiasq; cathedralis acquirere præscribereq; insuper dignitas Canonicorum regularium magna est: quoniam illorum cõgregatio Episcopali, & Archiepiscopali dignitate fulget. D Atq; ideò Cæsaraugustana Ecclesia nõ minùs præcessit dictas Cathedrales dum fuit regularis, quàm nunc postquam effecta est secularis. Neque sæpe dictam verissimam tot seculis stabilitam traditionem infringunt fundamẽta, quibus eam impossibilitãdo aduentum B. Iacobi in Hispaniam, potiùs temerariè quã iure infringere nonnulli nitũtur, vt

tãto titulo de medio ſublato nõ
dicta Eccleſia, ſed ſæpe dictę ob-
tineant. Tùm quia, vt egregiè
docent grauiſsimi noſtræ ætatis
Patres, eiſdem fundamentis in-
fringi poſſent. Aliæ multæ & fe-
rè omnes traditiones Eccleſiæ,
quod nimis durũ, & hæreſi pro-
9 ximum eſſet. Tùm quia tradi-
tiones à Patribus inſtitutæ, non
ſunt infringendæ, ſed potiùs ab
omnibus pro legibus tenendæ
ac venerandæ: nam traditiones
approbatæ non minorem vim
habent, quã ſcriptæ leges. E Vn-
de admonet Sacra ſcriptura: Nõ
te prætereat narratio Seniorũ, ipſi
enim dedicerunt à patribus ſuis. F
Quare & meritò dicebat Iob,
Interroga generationem priſtinã.
Quæ loca Theologi ſacri egre-
giè expendunt de traditionibus
Eccleſiaſticis, quæ ſcripto non
conſiſtunt, cõtra Hęreticos, eas
tanquam nouitatum ſectatores
reijciẽtes. Tùm quia nũc famæ
rerum in concuſſæ ſtãdum eſt,
vbi certam derogat vetuſtas fi-
10 dem. Tùm quia aduentum diui

E

Cap. Eccleſiarum. cap. in his. 11. diſt. Ioã. Roſen. contra Lutherũ in princ. Driedus lib. 1. de liber. Chriſt. Caſtro lib. 1. de hæreſ. Simanc. de cathol. inſtit. c. 24. nu. 26. & tanta eſt traditionis authoritas, quòd nulla eſt, quæ eam ſuperet. l. 1. vbi præ cæteris. Orozius de offic. quæſt. l. athletas. de his qui not. infam. c. in canonicis. 19. diſt. c. de quibus 20. diſt cap. nouit. de verbor. ſignifi. Bart. conſi. 17. num. 6. lib. 1.

F

Eccleſiaſ. cap. 8. & ibidem, ne deſpicias narrationem presbyterorum ſapientum: & in Prouerbijs eorũ cõuerſare: ab ipſis enim diſces ſapientiam, & doctrinam intellectus. Iob. c. 8. Interroga enim generationem priſtinam, & diligenter inueſtiga patrum memoriam.

Iacobi in Hispaniam testantur plusquã octoginti [G] magnæ authoritatis viri, & inter eos septẽ ex grauissimis Ecclesiæ sanctisq; Doctoribus; primus D. Hieronymus [H] in illis verbis: Dederitq; eis sortes, atque diuiserit, vt alius ad Indos, alius ad Hispanias, alius ad Illyricum, alius ad Græciã pergeret, vt vnusquisq; in Euangelij sui, atque prouincia requiesceret, quibus expressè id firmat, dum apud nos Hispanos ex Apostolis tantùm requiescit Iacobus. [I] Secũdus sanctus Athanasius, Patriarcha Antiochenus, qui floruit circa annum Domini 560. dicẽs: in hac die multiplicibus martyrijs affectus est sanctus Iacobus Apostolus, frater Ioannis filij Zebedei, idq; postquam abijt in Occidẽ-

G

Intellige post illos centũ, quos enumerat Marieta in Catalogo, quem Philippo II. obtulit, & sexaginta; quos in suo eorundem authorum indice refert eruditissimus antiquitatumq; indagator diligentissimus D. Bartholomæus Lorente; & etiam post multos, quos refert Cenedo vbi sup. quia omnes, qui post eos scripserunt, idem testantur; quos: quia magis laboriosum, quàm vtile esset, censerere consultò omitto, ne tædio simus lectori.

H

In commentarijs. c. 34. Isaiæ, qui fuit Presbyter, ecclesiæq; Doctor, omniumq; studia literarũ adeptus, multa hæresum monstra gladio suæ doctrinæ confodit; floruit circa annum quatuorcentesimum: eiusdem rei testem fuisse D. Augustinum, Doctorem etiam Ecclesiæ, testantur Licentiatus Mota vbi sup. & Ioãnes Osorius in serm. sancti Iacobi. Non ergo S. Hieronymus ignorauit dictum aduentum, vt malè existimauit Castro vbi supra.

I

Efficaciam huius argumenti ponderant & celebrant Ambrosius de Morales in Chronica generali Hispaniæ lib. 9. c. 7. Franciscus Diago scribẽs de serenissimis Barchinonæ Comitibus: Licentiatus Didacus de la Mota vbi sup. & tandem eruditissimus Comestabilis Castellæ vbi sup.

té. Tertius sanctus Ysidorus K per hæc verba: Iacobus filius Zebedei, frater Ioannis, quartus in ordine xij. tribubus atque Hispaniæ, & Occidẽtalium locorum populis Euangeliũ prædicauit; quartus venerabilis sãctusq; Beda, L qui sic ait: Apostoli Chri-

K

Archiepiscopus Hispalen. in lib. de ortu, & obitu pa. c. 71. qui claruit circa annum 600. quem laudat Martyrologium Romanum, & Baronius ad eũ maximopere: & non est audiẽdus refractarius quidam, qui ausus est dicere, id ab eo vnquam dictum fuisse: tùm ex eleganter traditis à Comestabili dignißimo: tùm quia omnes Ecclesiæ Hispaniæ, et Romana etiam in suis Breuiarijs antiquis testantur, D. Ysidorum firmiter tenere, attestariq; aduentum D. Iacobi in Hispaniam; et nouißimè idem facit Baronius ad martyrologium die 25. Iulij, vbi in eandem comprobationem ex Breuiario Toletano institutionis sancti Ysidori; refert hos versus. Magni deinde filij tonitrui adepti, fulgent preces Matris inclytæ, vtriq; vitæ culminis insignia Regens, Ioannes dexteram solus Asiam, et leua frater positus Hispaniam. Et idem patet ex Missali sancti Ysidori Ecclesiæ Toleti fol. 389.

L

In suis collectaneis col. 8. qui fuit Anglicus presbyter, et sanctus eruditioneq; celeberrimus, claruit circa annum septemgentesimum, vt constat ex Martyrologio Romano. Arguentibus verò in hoc, et alijs dictas collectaneas de falso doctißimè respondet, satisfacitq; illustrißimus Comestabilis vbi sup. et res ipsa, quomodo enim potest dici falsum, quod tot insignibus patribus, traditioneq; Ecclesiæ confirmatur? Atq; ideò optimè miratur de Baronio, viro quidẽ alioquin grauißimo, generosißimus Comestabilis Castellæ vbi sup. quòd in præludijs ad Martyrologium, et in suis annalibus dictis collectaneis, et à diuo Beda confectis, fuerit vsus sæpe sæpius in omnibus, et quoad omnia; et quod nunc, circa dictum aduẽtum sancti Iacobi in Hispaniam contra se ipsum, dum eundem aduentum attestatus fuit in martyrologio, et in primo libro annalium, et contra dictã traditionem, et tot viros, sanctosq; insignes idem firmantes, audeat increpare

pare eas dicendo, dictum aduẽtum falso ipsas asserere nomine Bedæ. Maximè cum ab omnibus, & præsertim ab Adõ, Vsuardo, Floro, Tritemio, & Molano, & circa dictum aduentum, vt Authenticæ, & tãti viri Bedæ recipiantur & laudentur.

Non ergo debet tantus vir singularem huiusmodi sectari opinionem, quantumuis ipsius author (quod negamus) fuerit, & sit Rodericus Archiepiscopus Toletanus: nam vt inquit Vincentius Lirinensis c.37. contra profa. hære. noui. quidquid omnes, vel plures eodemq; sensu manifestè frequenter, velut quodam consentiente sibi magistrorum cõsilio accipiendo, tenẽdo, tradendo, firmauerunt, id pro indubitato, certo, ratoq; habetur; quidquid verò quãuis ille sanctus, & doctus, quãuis Episcopus, quãuis confessor, & martyr, præter omnes, aut etiam contra omnes senserit, id inter proprias, & occultas, & priuatas opiniunculas à cõmunis, publicæ, ac generalis sententiæ authoritate secretum sit: ne, cũ summo æternæ salutis periculo iuxta sacrilegam hæreticorum, & scismaticorum consuetudinem vniuersalis dogmatis veritate dimissa, vnius hominis sectemur errorem. Præmaximè cũ tantæ, & tàm stabilitæ tot seculis traditionis abnegatio (proh dolor) fundamentum sit ambitio, iustitiæ semper (teste Caßiodoro) inimica; inficiatores enim huiusmodi nullo alio iure, nulla alia ratione, & causa ductos fuisse apparet, quàm inanis gloriæ, contendendo, vel de primatu suæ Ecclesiæ, vt Rodericus ille Toletanus Archiepiscopus, vel super præcedentia in Curijs, vt sæpè dictæ Cathedrales Ecclesiæ, vel super lite, quæ inter dictam Ecclesiam de Pilari, & Metropolitanã nunc orta est, an gaudere poßit loco, & priuilegio pristinæ dignitatis; antea nãq; omnes prædictæ Ecclesiæ tàm Toletana, quàm Cæsaraugusta, & Cathe-

sti prædicatores fidei, & Doctores Gentium, certis locis in mũdo ad prædicandum sortes proprias acceperunt. Petrus namq; Romam accepit, Andreas Antiochiam, Iacobus Hispaniam, Thomas Indiam, Ioannes Asiã, Matthæus Macedoniam, Philippus Galliam, Bartholomæus Lycaoniam, Simon Zelotes Ægyptum, Matthias Iudæam, Iacobus frater Dñi Hierosolymam, Paulo cũ cæteris Apostolis nul-

la sors propria traditur. Quintus sanctus Braulius Cæsaraugustæ dignissimus Episcopus in abbreuiatione vitæ sancti Ysidori. Sextus sanctus Vincentius in sermone de sancto Iacobo. Septimus sanctus Antonius gloriosissimus Florẽtiæ Archiepiscopus: tùm quia eiusdem etiam traditionis & historiæ testem omni exceptione maiorem Pontificem summum Calixtum M III. habemus, in quadam Bulla sic dicentem: *Cum itaq; sicut accepimus, Ecclesia Monasterij per Priorem solita gubernari eiusdem B. Mariæ de Pilari, &c. In qua dicta beata Maria antequam ad cœlos assumeretur cum Iesu Christo Iacobo maiori in columna marmorea apparuit, & ob hoc ipsa Ecclesia nomen B. Mariæ de Pilari assũpsit, ac inibi quamplurima, & infi*

Cathedrales ipsæ, dictam traditionẽ constanter tenuerunt, vt ex ipsarum Breuiarijs antiquis, alijsq; monumentis constat, & hodie tenent viri grauissimi pariterq; doctissimi earundem Ecclesiarũ, qui velut stellæ in eis præfulgent.

M

Valentinus, totiusq; coronæ Aragonũ Hispaniæq; decus; fuit enim præclaro Borgiorum sanguine clarus: mitibus mitis: hostibus hostis: speculum generis, totiusq. fons bonitatis. De quo in hæc verba sic de vitis Põtificum fol. 333. ait Platina: ab omni põpa, et inani gloria alienus semper fuit. In dicendis autem in Senatu sententijs, ita grauis habebatur, vt nil vnquã per adulationẽ, et gratiã loquutus sit. Et circa ea, quæ hic attestantur, multò minùs: Consentiunt enim tot Breuiaria Ecclesiarum Hispaniæ, et orbis; tot sancti; Calixtus quoq; secundus Christi Vicarius in libro de miraculis, et translatione S. Iacobi; tot Archiepiscopi; tot Episcopi; et tãdem vniuersa cohors scribẽtium, et quod clausula accepimus, non referatur ad partẽ, vt clausula asseritur, ita quòd non possit de subreptione opponi, fuit nouissime decisum per Rotam Romanam decis. 447. decisionũ nouissimarum 1. p. et antiquitùs fuit idẽ decisum, vt constat ex decis. 60. de rescript. in antiq. Nauar. in cap. cũ cõtingat. de rescrip. except. 3. nu. 1. vltra quod verbis narratiuis Papæ, quando super illis fundatur gratia, standum est. Clem. 1. de proba.

nita miracula diuina prouisione die tim fiant, necnon Christi fideles ma gna deuotione, & veneratione imaginem eiusdem B. Mariæ, & eius filij in quadam capella eiusdem Ecclesiæ, quæ de mandato dictæ beatæ Mariæ per dictum beatum Iacobũ fabricata, & Camera Angelica Dei genitricis de Pilari nuncupata, & appellata extitit, colunt & venerantur, & cum maxima deuotione visitare non cessant, Quibus verbis non solùm aduentũ in Hispaniam sancti Iacobi, & miraculosam huius Ecclesiæ fundationem, sed in eius comprobationem traditionis efficacissimum refert testimonium per illa verba: *Sicut accepimus*, quæ etiã nõ posse opponi de subreptione impediunt, cum non referãtur ad partem, vt dicitur, de clausula asseritur. Nec huius veritatis inscij, aut dubij fuerunt serenissimi Reges Aragonum, vt cõstat ex priuilegijs Regum Ioannis II. & Ferdinandi II. qui per eadẽ verba idem egregiè affirmarũt. Nec etiam inclyti Regis Castel- 11
læ,

læ, vt conſtat ex priuilegio Regis Ramiri primi, in quo apparitio ſancti Iacobi eidem Regi facta recenſetur. [N] Quis ergo tãtæ ſuperbiæ faſtigio tumidus erit, vt tot Eccleſiarum, ſanctorũ Pontificum, Regum & Principum teſtimonium cõtemnere auſit? Tũ quia tota Hiſpania, & omnes illius Eccleſiæ, idem Breuiarijs antiquiſsimis & nouiſsimis profitentur, [O] vt ex ipſis ap-

N

Nec etiam dubij, aut inſcij huius veritatis fuerunt Archiepiſcopi Toletani, vt ex Garcia Loayſa, vbi ſup. patet in illis verbis: Præterea dum Cæſaraugustæ Iacobus prædicationis gratia moratur, Virginis Mariæ admonitu templum erexiſſe ipſi dicatum, quòd nũc dicitur Nueſtra Señora del Pilar, *atq; hæc fuit prima in toto orbe Chriſtianorum Eccleſia, in qua ſemper cultus diuinus viguit, eſtq; innumeris nobilitata miraculis. Nec etiam dubij fuerunt Archiepiſcopi inclytæ ciuitatis Valẽtiæ, vt patet ex Breuiario antiquo illius diœceſis fo. 344. ibi, Cùm autem Cæſaraugustæ eo loco, quo B. Virgo celebratur vulgo dicta del Pilar: Iacobus in oratione triſtis conquereretur, quòd parum, vel pene nil in Hiſpania profeciſſet. Refertur, quòd beata Chriſti genitrix adhuc Hieroſolymis degens, ab Angelis ad Iacobum perducta eum conſolata fuerit, &c. Nec tandem dubij fuerunt Epiſcopi Barchinonæ inſignis, vt conſtat ex Epiſcopo Martino Garcia citato. Nec demum cæteri omnes prælati, poteſtatesq; Hiſpaniæ, et orbis, vt conſtat ex ſanctoralib⁹ librisq; Eccleſiaſticis, et chronicis, et ex traditis à pio doctoq; Comeſtabili, Gregorio Lopez Madera de excellentijs Hiſpaniæ cap. 6. fol. 40. Licẽtiatoq; Mota, vbi ſup. et à patre Chriſtophoro de Castr. in hiſtoria Deiparæ Virginis. cap. 18.*

O

Et per vniuerſum orbem ſacratiſſimi ordines: videlicet ordo ſancti ſepulchri Hieroſolymitani, ordo ſancti Dominici, aliàs vocatus Prædicatorum, ordo Minorum, ordo B. Mariæ de Monte Carmelo, ordo S. Hieronymi, ordo S. Mariæ de Mercede. Idem in ſuis Breuiarijs antiquis, et nouiſ-

ſimis conſtanter profitentur, atq; inde conſtat, huiuſmodi traditionem conſtantem vniuerſalemq; eſſe, vt atteſtatur ex Vaſſeo, & alijs multis Thomas Bozius Euguninnus de ſignis Eccleſiæ tomo 1. lib. 4. c. 1. & indubitatam exiſtere dicit Thomas Stapleton Anglicus de magnitudine Romanæ Eccleſiæ, cap. 3. per hæc verba: Verum & indubitatū eſt, toto terrarum orbe veluti in Prouincias diſtributo, facta primū in Iudæa, & Samaria diuini Euangelij prædicatione, iuxta ordinem à Chriſto præſcriptum, Petrum in Italia, Paulum in Græcia, Andræam in Achaia, Ioannem in Aſia, &c. Iacobum in Hiſpania hoc Chriſti Euangelium, cuius caput Roma, latiſsimè propagaſſe.

paret (& teſtatur Cardinalis Baronius, venerabilis pater Petrus de Ribadeneyra, diligētiſsimus Mariana, multi alij eminentiſsimi viri) & ſummi gaudij ſui cauſam in die ſolemni ſancti Iacobi his propalarunt verbis; *Adeſt nobis valde lætabundus dies præexcellentiſsimi Apoſtoli Iacobi, per cuius ſaluberrimam prædicationē totius plebs Hiſpaniæ ſuum cœpit agnoſcere redemptorem.* Eoquòd maioris authoritatis, & fidei eſt hæc concertatio, ſiue conſenſus in libris Eccleſiaſticis, in quibus ratio precum, & ritus continentur breuiaria vulgariter dicta, quo plures non homines priuati, ſed conuentus integri in vnā ſententiam conſpirarunt: optimum enim eſt iudicium, quod plurimorum vocibus cōfirmatur. Tùm quia prædictæ Eccleſiæ Cathedrales eiuſdem etiam voti & ſententiæ ſunt, & fuerūt, vt apparet & ipſarum breuiarijs quare nunc dum contrarium liquare nunc dum contrarium litis cauſa aſſerere nituntur audiēdæ minimè ſunt: nimis enim iniquum

quum iudicatur, vt quòd sua voce dilucidè protestati fuerũt; id in eundem casum infirmare testimonioq; proprio resistere. Tũ quia non solùm ab Ecclesijs Hispaniæ huiusmodi traditio recepta est, sed etiam ab Ecclesia insigni Mediolani, vt constat ex Breuiarijs illius Archiepiscopatus, iuxta institutionem sancti Ambrosij, illius inclytę ciuitatis Archiepiscopi, anno millesimo quingentesimo tricesimo nono æditis, quorum verba huiusmodi sunt: *Iacobus maior, Apóstolus Domini, frater Ioannis Euangelistæ, filius Zebadei, dũ vniuersam prædicando peragrasset Hispaniã.*

12 Et non mirum quandoquidem eãdem traditionem vniuersalis Ecclesia totius orbis terrarum admisit, tam ante reformationẽ sacri Concilij Tridentini, vt ex Breuiarijs Romanis illius tẽporis constat sic loquentibus: *Hispaniam adisse, & ibi Euangelium prædicasse, author est Ysidorus.* Quàm post dictam reformationem, vti apparet per Breuiaria

P
Verba sunt textus in cap. Ridiculum 12. distinct.

Q
Qui in cap. 3. ita inquit, Que particularmēte enel Reyno de Aragon lo tenemos por poco menos cierto, que articulo de Fê, que vino Santiago personalmente a predicar à ésta Prouincia y Reyno, y que edificò la yglesia de nuestra Señora del Pilar de Zaragoça.

R
In libro disquisitionum magicarum lib. 2. quæst. 26. sec. 4. per hæc verba: Primo seculo nobis occurrit, prima Hispaniæ, & fortaßis Europæ totius Ecclesia B. Mariæ Deiparæ de Columna à beato Iacobo Zebedæo, cum adhuc viuus vterque degeret, dedicata ad Hebrũ Cæsaraugustæ: quòd & annal. Celtiberis Ant. Beuter. chronic. cap. 23. Vasſæus, Garibay, & alij prodidum, & adeò constanti Ecclesiæ illius traditione receptum, vt catholicus ibi non habeatur, qui dubitet: traditur beata Virgo columnæ insistēs Apostolo Hispaniarum apparuisse, & iussisse eo sibi loco Sacellum dedicari: quòd nunc diues & nobilis Ecclesia est. Et merito quidem, nam si huiusmodi traditio est particularis Ecclesiarum Hispaniæ, vel Regni Aragonum, cum non

authoritate sãctissimi patris Pij V. factam in hæc verba: *Mox peragrata Hispania, ibiq; prædicato Euangelio redijt Hierosolymam.* Ridiculum igitur est, & satis abominabile dedecus, vt temporibus nostris, vel falsò insimulari sanctam Dei Ecclesiam permittamus, vel eas traditiones, quas antiquitùs à patribus suscepimus pro libito errantium infringi patiamur.[P] Tùm tãdem: quia adeò certa, irrefragabili, indubitataq; traditione receptum est, D. Iacobum in Hispaniã aduentasse, dictamq; insignem Ecclesiam fũdasse, quòd apud nos Celtiberos non habeatur, vt catholicus, qui dubitet, sicuti testãtur magister egregius Isela[Q] in libro regulæ ordinis S. Iacobi, & religiosus doctissimus Martinus del Rio:[R] de dicto ergo

non sit contra Fidem Catholicam, neque contra bonos mores, debet ab omnibus his, in partibus vbi viget, & adest, obseruari, custodiri & venerari. S. Augustinus ad Ianuarium, D. Hieronymus ad Lucianum, & sanctus Ambrosius, vt patet ex text. in cap. illud breuiter, & in cap. illam autem. 12. distin. Si verò est vniuersalis totius orbis terrarũ traditio multò magis ex eisdem Doctoribus, et iuribus custodiẽda est; si autẽ huiusmodi traditio est Apostolica, vt egregiè probant don Ferdin. de Mendoça de cõfirm. Concil. Illyber. in epist. ad Regem Philippum, & in lib. 1. c. 10. & Licentiatus Didacus de la Mota, vbi sup. fo. 23. ex quo deriuatur ab Apostolis. eorũq; discipulis maiori ratione est venerãda, et obseruanda, Paul. ad Thessalon. 2. c. 5. Irinæus lib. 3. aduersus Hæret. c. 3. S. August. de doctr. Christ. c. 8. lib. 28. Vnde optimè dñs Comestabilis agens de dicta traditione, ait: Digno seria de graue censura el negar lo que tiene la tradicion de tales y tantas yglesias. & Greg. Lopez Madera. vbi sup. ita verba faciens de eadẽ traditione, inquit, Seria muy obstinado quien quisiesse poner duda en la venida de Santiago a España. Nec est cur offendamur, Martinũ del Rio dicere, nõ haberi hic vt Catholicus qui dubitet. Nã etiã leges Castellæ periuros, excõmunicatos, et symoniacos appellant hæreticos: et aliæ etiã leges; non quia propriè sint hæretici, vt inquit Auendaños de exequẽ. mãdat. c. 27. nu. 29. Sed quia isti omnes operãtur, si contra fidẽ sentirent; quã interpretationem colligit ex tract. Gundisal de Villadiego cõtra hæreticam prauitatem. q. 1. Sed quid? nouitatũ authores præmaxime contra traditiones patrum, Ecclesiæq; semper fuerunt suspecti apud Catholicos, vt constat, et S. Ignatio ad Hieron. Vincent. Lirinense, vbi sup. fr. Salinas in tract. de bien pronunciar, in proœm. Pet. Maiz dialog. 1. c. 3. in cõpend. hist. Regum Portugaliæ.

aduentu sancti Iacobi in Hispaniam, eiusq; prædicatione Euangelica in ea dubitare iam, apud Hispanos præsertim, fas nó est: per maximè postquã à sanctissimo domino Clemente VIII. tàm in Breuiario Romano sua peculiari authoritate ædito, quã in Breuiario fratrum Prædicatorum propria etiam sua authoritate cõfirmato diffinitum est, *Esse cõstantem traditionẽ omnium*

Et adhuc miratur, & modestè quidem grauiter conqueritur, vt decet catholico viro, Stremius pariterq; sanctißimus et pijßimus Comestabilis, vbi supra, religione, doctrina, eruditione, sanguine, munere, rebusq; gloriosè gestis clarus, quòd sæpe dicta traditio à sanctißimo Pio V. decreto sacri Concilij Tridentini, vt vniuersalis totius orbis approbata, in Breuiario ipsius authoritate ædito in illis verbis: Peragrata Hispania, ibiq; prædicato Euangelio, redit Hierosolymam, tot seculis stabilita, à tot sanctis ordinibus, Doctoribusq; clarißimis non Hispaniæ tantùm, sed & totius orbis terrarum habita: tot tantisq; consignata testibus, modò fieri particularis Hispaniæ Ecclesiarũ post tot secula videatur.

Ecclesiarum Hispaniæ; *præter vetera monumenta, quæ ipsam testificantur, sanctum Apostolum Hispaniam adisse, ibiq; Euangelium prædicasse.* Eo namq; ipso quòd Pontifex summus hoc inter traditiones constantes non vnius, aut duarum Ecclesiarum, sed omnium Hispaniæ admisit, non minùs certum & indubitatum est, quàm si manifestissimis monumentis esset firmatũ: Et quidẽ traditio hæc meritò vocatur à Pontifice Maximo constans, nõ enim vago, aut nutuanti verbo nititur, sed demonstratione earũ Ecclesiarum, quæ fundatæ in Hispania fuerunt, occasione aduentus huius sancti Apostoli, vt exemplum est, Ecclesia Bracharensis, quæ primum habuit Antistitem sanctum Petrũ Martyrem, quem refert Martyrologium Romanum vicesimosexto Aprilis, & Cardinalis Baronius scriptores vitæ huius sancti recenset, quos qui legat, videbit eos asserẽtes, id quod in eadem Ecclesia, & alijs Portugaliæ prouinciæ

uinciæ Ecclesijs solemniter traditur, sanctum Petrum Martyrem ab Apostolo Iacobo Hispaniam peragrante, ordinatũ fuisse primum illius Prouinciæ Episcopum, & idcircò Bracharẽsis Ecclesia sæpe de suo primatu cõtẽdit: de quo quanta maiori ratione, potest hæc nostra Cæsaraugustana gloriosissima ex omnibus prædictis satis liquet.

13 Nec obstat quod dicitur, sanctũ Iacobum martyrio fuisse coronatum, statim post Christi Dñi Ascensionem, ideoq; non potuisse subesse tẽpus T peragrãdi

T *Sed vt quod definitum est, ab omnibus vti verius habeatur, præmittendum est, varias esse opiniones de anno illo, quo dispersio Apostolorum ad prædicandum per totum orbem Euãgelium facta fuit: nam Melito Sardensis, quem refert Beda in cap. 8. Acto. Hieronym. Ansel. Clau. Taurien. in illa Pauli verba ad Galatas 1. cap. 19. alium Apostolorum vidi neminem, dixit, factam fuisse anno secundo ab Ascensione Domini. Sed hoc anno fieri nõ potuisse videtur, cum ex Actis Apostolicis cõstet per longius tempus, nẽpè vsque ad annũ decimum prædicatum esse ab Apostolis Iudæis. Quod confirmat Chrysostomus homil. 70. in cap. 22. Matth. Genebrardus in Chronolog. pag. 223. & 372. tenet factam fuisse in septimo anno post mortem Christi, et hoc etiam falsum aliquibus videtur. Quare Baronius in 1. annal. tomo putauit, factam fuisse paullò ante annum secundum Claudij, & Christi 44. qui erat à morte eius 10. quod si verum esset, non potuit Iacobo suppetere tempus ad profectionem in Hispaniam. Et multò minùs potuit eidem suppetere, si sortitio illa Prouinciarũ facta est anno duodecimo à morte Christi, & 46. eius natali, vt existimauit Beda 15. Iulij. Et si huiusmodi dispersio Apostolorum contingit, anno 13. sequenti, vt asserebat Apolonius, quẽ referunt Eusebius lib. 5. histor. Eccles. cap. 18. ad finem, Nicephor. lib. 4. cap. 25. quòd Apostoli in mandatis habuissent, ne extra Iudæam egrederentur per duodecim annos, & verba Christi refert Alexand. lib. 6. Stroma. ex libro inscripto reuelatio, seu prædicatio Petri,*

quam

quã traditionem admittit Beda in cap. 13. Acto. Ioan. Beleth. de diuino officio cap. 139. Vincentius lib. 8. Specul. histor. cap. 9. Comestor. cap. 71. in Acta, & Petrus de Nata. in cathal. Sanctor. in mense Iulij cap 99. & confirmant Paulus, & Barnabas Acto. 13. et 46. qui dixerunt Iudæis: vobis oportebat primum loqui verbũ Dei. Sed quoniam repellitis illud, et indignos vos iudicatis æternæ vitæ, ecce conuertimur ad Gentes. Si verò ad annos 40. post admissum in Christum piaculũ, in quibus Iudæi ab Apostolis moniti noluerũt cõuerti, S. Apostoli, cæteriq; discipuli ad prædicandum per singulas regiones fuerunt directi, multò minus temporis daremus Iacobo, vt Hispanis euangelizaret. Sed his minimè obstantibus, statim post Ascensionem Domini, & Spiritus sancti aduentum Apostolos conuenisse, Concilio coacto, ad Symboli collationem, & Prouinciarum distributionem factam fuisse multa persuadent: omnes enim concedunt, in dicto Concilio factam fuisse Symboli collationem, & Prouinciarum distributionem, sed statim post aduentum Spiritus sancti, dum adhuc essent in vno positi Apostoli, Symbolum confecerunt, vt affirmant S. Clemens in epist. 1. ad fratrem Domini. S. Augustinus in serm. 181. Leon in sermo. 1. de nata. Petri: ergo in eodem Concilio dictam distributionem factam fuisse necessariò sequitur. Certum est etiam statim post aduentum Spiritus sancti omnes Apostolos, virosq; Apostolicos fuisse Hierosolymis: posteà verò, vel non fuisse vnquam simul, vel difficilè probari, siquidem videmus in Actis Apostolicis, tam Apostolos, quàm discipulos, ita dispersos per Regiones Iudæorum, vt simul amplius Hierosolymis non conuenerint eo tempore, quo Iacobus vixit: ergò ante eam dispersionem, & symboli collatio, & Prouinciarum facta est distributio. Rursus symbolum, vt omnes grauißimi patres fatentur, & probat Christoph. de Castro in histor. Deiparæ cap. 18. Constitutum est, vt esset norma prædicationis Apostolorum, ne fortè discipuli diuersum aliquid docerent, & vt esset signum, quo distingueretur à pseudoprophetis, sed statim post aduentum Spiritus sancti, antequam ad prædicandum Iudæis egrederentur, magis necessarium erat hoc signum, & hæc regula fidei:

Hispaniam; nam id falsissimum esse cõprobat illustrissimus Baronius ex eo, quòd colligitur ex

sacro Actuum Apostolorum libro, sanctum Iacobum decollatum fuisse ab Herode, anno quadragesimo quarto à natiuitate Christi numerando, quod similiter tradit, & cõprobat Archiepiscopus Gilbertus Genebrardus in sua chronologia, & ideò decem annis ad minus post aduentum Spiritus sancti, tempus sanè sit sufficiens, non solùm ad Hispaniã, sed ad vniuersum orbem peragrandum ab eo præcipuè viro, qui vocatus fuit à Christo Boanerges, id est, filius tonitrui, propter admirandum, & velocem cursum suæ prædicationis. Nec obstat, quod proponitur, Apostolos ante mortem S. Iacobi non fuisse egressos Hierosolyma, siue Iudæa, neque ante eãdem mortem prædicasse Euangelium Gentibus: falsum enim est, Apostolos non fuisse ante decessum sancti Iacobi egressos ex Iudæa: nam in primis Cardinalis Baronius in annotationibus ad Martyrologium die 25. Iulij. Postquam testimonio

dei, tùm contra tot, qui inter Iudæos erant falsis fratres, et tot cõtra Christum exorta dogmata; tùm vt Apostolorum discipuli secum afferrẽt prædictam regulam, quorum plurimi egreßi in tribulatione, quæ facta est sub Stephano, nunquàm amplius Hierosolymam, vel in Iudæam redierunt, vt constat ex Maximo Aquensium Episcopo, qui cũ Marta, Magdalena, & Lazaro discessit tũc temporis in Gallias, & de illis, quos refert Lucas Actuum 11. & 19. Ergo tũc dicendum est, factam fuisse symboli collationem, & simul Prouinciarum distributionẽ. Insuper statim post aduentum Spiritus sancti, Iacobo, fratri Domini, designata est Hierosolymorũ Prouincia, cuius est à Christo Episcopus delectus, & ab Apostolis cõsecratus, authore Eusebio in chronico, et lib. 2. histor. Eccles. cap. 1. & 22. lib. 7. cap. 16. Ergo simul cum eo cæteris Apostolis, quæ sunt Prouinciæ designatæ. Sic enim factum refert Egesippus in 5. suæ histo. libro relatus ab Eusebio lib. illo. 1. cap. 22. At qui statim post aduentum Spiritus

vitus sancti suscepit Iacobus administrationē Ecclesiæ Hierosolymitanæ; ergo cæteri Apostoli, tunc quoq; suscipere suarum Ecclesiarum administrationem tenendum est. Scimus etiam singulis alijs Apostolis fuere distributæ Prouinciæ, & nescimus quæ alia Iacobo obtigerit præter Hispaniam, ea ergo tūc illi designata apparet: illud autem, quod de Beda, & alijs Martyrologiorum cōpilatoribus diximus in ipso anno Ascensionis Christi accidisse verisimilius est, propter supra tradita. De præcepto verò illo ab Apollonio relato, ex apocripho libro desumptum credit optimè Christoph. de Castro vbi supra, & verius habendum, quòd Christus tradidit, et Apostoli mandarunt executioni, vti ex Apostolorū historia deducitur. Siquidem ante duodecim annos, vidimus Apostolos non tantùm Hierosolymis, sed ex Iudæa ad extraneas nationes profectos, vt Petrum Romam, & alios in Cyprum, et Cyrenem: et sic Iacobum in Hispaniam. Quòd si vim aliquam præceptum illud habuisse concedamus, illa erit (vt

D. Isidori ab Ecclesia Toletana recepto confirmauit D. Iacobi aduentum in Hispaniam, manifestè concedit in ea dispersione discipulorum Christi, quę facta fuit Hierosolymis statim post mortem gloriosissimā Protomartyris Stephani, quæ fuit paullò post aduentum Spiritus sancti, aliquos Apostolos ex Iudæa egressos regiones Gentium adisse, & eleganter explicat ibi loca Scripturæ sanctæ, quæ oppositum dicere videntur: quam doctrinam iterum approbat tomo 1 annalium, anno 44. deinde expressè D. Paulus in epistola ad Galatas cap. 1. narrat, se statim, atque fuit à Christo de cœlo descendente vocatus (multis certè annis ante mortem D. Iacobi) non, inquit, veni Hierosolymam, sed abij in Arabiam; & ibidem docet, se, antequam Hierosolymam veniret, varias Regiones peragrasse: & in eodem loco notat Theophilactus Episcopus, tūc Apostolum Paulum ad rudiores Gentes, & loca minùs

nus exculta se cōtulisse, Gilbertus etiam Genebrardus in chronologia docet, quòd Barnabas prædicauit fidē Christi Romæ, viuo adhuc Tyberio ex sententia D. Clementis, & Dositheí. Certum est autem Tyberiū multis annis ante D. Iacobum mor-
14 tuum fuisse. Insuper licèt dubiū sit graue apud sacros Theologos de tempore, quo Apostoli cœperunt prædicare Euangeliū Gentibus, & quando Gentiles fuerunt absoluti, & omninò admissi ad Ecclesiam: constans tamen est omnium sententia nullatenus Apostolos à die aduentus Spiritus sancti dubitasse omnibus Iudæis, vbiq; essent, prædicandum fuisse Euangelium: certū est enim, tunc Iudæos dispersos fuisse per vniuersū terrarum orbem: nam ipsos varię bellorum agitationes multò ante Christi aduentum Assyriorum, Babyloniorum, Persarū, & Macedonum Regibus ortæ, alios alio expulerunt, vt veterū monumenta abundè prodiderunt

(vt eleganter probat Castrus, vbi sup.) ne omninò intra duodecim annos desereretur Iudæa, quin in illa prædicarent aliqui ex Apostolis, et factum fuisse, constat ex ipsorum Apostolorum historia.

satisq; literæ Sacræ indicant. In quibus Iudæi per orbem agentes, vocabãtur dispersi, ijs igitur prædicandum fore Euãgelium, statim (vt diximus) ab initio cognouisse sanctos Apostolos, nó minùs quàm illis, qui in Iudæa agebãt, ad quos & epistolas scribebant, euangelizandi fidei gratia, sicuti & scripsit D. Petrus primam suam Epistolam Canonicã fratribus electis aduenis dispersionis Ponti, Galaciæ, Capadociæ, Asiæ, & Bitiniæ. Non ergo est contra traditionem constantem omnium supradictarũ Ecclesiarum Hispaniæ à sanctissimo Clemente expressè firmatam, asserentem D. Iacobum in Hispania prædicasse Euangeliũ, id quod dicitur ante eius mortem, nondum prædicari cœptũ fuisse Euangelium Gentibus; ex quo iure potuit D. Iacobus, vt prædicaret Euãgeliũ Iudæis in Hispania de Gentibus eã adire, itaq; se habuisse factũ Apostolũ, sicuti se habuerũt illi discipuli, qui multò ante eius mortẽ ab-

ierunt ad regiones Gentium, de quibus dicitur in dicto libro Actuum Apoſtolorum.c.11.quod pertranſibant, ſanè inter Gentiles nemini loquentes verbum, niſi ſolis Iudæis, ſed quid? non ſolis ijs, qui natura erant Iudæi ſtatim in principio annuntiabãt Apoſtoli Euãgelium, ſed & innumeris Gentibus; quæ tamen factæ erant proſelyti, quorũ maxima multitudo ab initio etiam in ipſo ſanctiſsimo die Pentecoſtes recepit ſacrum Euangeliũ, vt ex Beda annotauit Claudius Guiliaudus in primam Canonicam Petri Apoſtoli: & talem cẽſent multi Theologi fuiſſe illum Eunuchũ Reginæ Cãdacis, cui Euangelium prædicauit ſanctus Philippus, vt dicitur in libro Actuum Apoſtolorum.c.8.& doctiſsimè docet Ni-
15 colaus Sanderus. Præterea textus hiſtoriæ erectionis tantæ Eccleſiæ, cuius ſententiam patres noſtri annuntiarũt in chronicis Regni Aragonum, in antiquiſſimo Barchinonẽſi archiuo, nec

non

non & in beatissimi Gregorij Papæ moralium libris inuictus omnem tollit dubitationē, asserens, D. Iacobum profectum in Hispaniam, non sequentem cōmunem sententiam Apostolorum, sed reuelationem diuinā, V quā contulit cum beatissima Virgine, quæ optimè à Ruperto Abbate vocatur Apostolorum Magistra cœlestis: ergo reuelatione actus D. Iacobus ad prędicandū Euangelium in Hispaniā se cōtulit: quoniā Deus ipse, qui præsciebat futuram mortem eiusdē Apostoli, antequā Apostoli per orbem dispergerentur, eundem peculiari inspiratione adegit; vt sicut morte sua præcessurus erat reliquos Apostolos, etiam præ-

V

Maximè cū Apostolicæ historiæ summopere conueniat, Apostolorum distributionem, et ad Prouincias designatas profectionē non fuisse vno simul tēpore ab omnibus Apostolis, ad effectum deductā, sed pro opportunitate, & necessitate, quatenus Spiritus sanctus inspirabat, à singulis executioni mādatam, etiam à Iacobo, qui vnus erat è duodecim, de quibus Iustinus M. oratione ad Antoniū dicit: Hierosolymis duodecim viri profecti sunt in mundum. Verùm seruato ordine à Christo tradito. Qui enim præcepit Apostolis proficisci in mundum vniuersum, ad docendum omnes Gentes. Matth. 28. 18. & prædicandū omni creaturæ, Marc. 16. 15. Iussit, vt inciperent à Hierosolymis, Lucæ 24. 47. & vt essent ei testes in Hierusalem, et omni Iudæa, et Samaria, et vsque ad vltimum terræ, Act. 1. 8. quem ordinē, et ipse seruauerat, vt quia Iudæorū erant promissiones, illis primum enuntiaretur verbum Dei, nec propterea interdicebatur, Gentibus interdum euangelizare: siquidem Actor. 6. 1. murmur factum est Græcorum fidelium aduersus Hebræos, quòd despicerentur eorum viduæ, et cap. 8. 27. Philippus euangelizauit Eunucho Candacis Reginæ, et Paulus tertio anno, quo venit Hierosolymā, loquebatur Gentibus. Actor. 9. 29. et Petrus cap. 10. in Cæsareo conuertit Cornelium cum familia obstupescentibus fidelibus Hebræis, qui putabant Gētibus non patere Euangelium.

cederet, & anteiret eius prædicatio ad Gentes. Tùm vt adimplerentur prophetiæ Regis Dauid, in fines orbis terræ verba eorum, psalm. 28. Necnon & illa, suscepimus Deus misericordiã tuam in medio templi tui, sic & laus tua in fines terræ. psalm. 47. quæ cũ iam adimpletæ fuissent in principio Apostolatus D. Pauli (vt ipse testatur scribens ad Roman. c. 10.) adimpleri aliter non potuerunt, quã aduentu & prædicatione sancti Iacobi in Hispaniã, quæ per Occidentem, tunc erat orbis terræq;, & nũcupabatur finis. X Atque ideò eodem

X *Venantius, Honorius, Fortunatus Pictauẽsis, Episcopus in Poemate apud Calixtum, pater Christophorus de Castro, Societatis Iesu, in historia Deiparæ Virginis. c. 18. Quæ verò causa fuerit, cur Hispania omnibus alijs Prouincijs prælata fuerit in hoc, vt ait Simancas, non est nostrum scire. Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis consiliarius eius fuit? ad Roman. c. 11. atq; ideò malè arguit refractarius quidã, dũ ait, se non videre, quare magis in ista hacq; in ciuitate, quam in alia Prouincia, & vrbe fuerit prima iussu virginis eidem dedicata Ecclesia, & à D. Iacobo Euangelium denuntiatum. Eodem enim argumento potuisset infringere omnia mirabiliter operata Romæ, Hierosolymis, & alibi. Sed licèt iudicia domini incomprehẽsibilia sint, et vt inquit Spiritus sanctus Ecclesiast. c. 8. Multa hominis afflictio: quia ignorat præterita, & futura nullo certo potest scire nuntio: effectus tamen ex quo causa efficiens arguitur; l. rem non nouam. C. de iudicijs. apertè docet tantæ rei causam fuisse, & esse huiusmodi, Præuidit enim ab æterno, quod futura præ cæteris regionibus esset Hispania, & per maxime Cæsaraugusta per omnes suos terminos finesq; Christianæ religionis, & fidei propugnaculum, ac propagatio nouos detegendo orbes, illosq; orthodoxæ fidei reducendo; atq; ideò nil mirũ, si quibus, sciebat ita imitaturos fore D. Iacobum, eum dederit in Apostolum, & tantæ Virginis patrocinium, vt sicut ipse Hispani, velut ab eo regenerati in fide filij essent quoque tonitrus. Vnde Prudentius in hymno S. Fructuosi: Hispanos Deus aspicit benignus. Est namq; omnibus notissimum*

tißimum Hiſpaniam totam priùs quàm aliàs Prouincias fidem Catholicam recepiſſe, teſtatur grauißimus Tertullianus in lib. aduerſus Iudæos. c. aduentu, & prędicatione declaratur quidā locus prophetæ Abdiæ, ad finē; in verbo; & erit Domino Regnū in Hiſpania (quod *de natiuitate Chriſti, fol. 106. per hæc verba: Galliarum diuerſæ nationes, Hiſpaniarum omnes termini. Et eſt adeò probatißimus teſtis Tertullianus, tùm ratione authoritatis, & eruditionis, tùm ratione antiquitatis (ſcripſit enim intra centum, & ſexaginta annos poſt Apoſtolorum prædicationem) quòd ſanctus Cyprianus non ſe dedignabat vocare eum magiſtrum, teſte Nicephoro in hiſtor. Eccleſiaſt. lib. 4. cap. 34.*

Cæſarauguſtam autem multò antè inclytam Romā idololatriam euelliſſe conſtat ex Prudentio; ſtatim namque poſt glorioſum triumphum ab ea tot Martyrum in decima perſecutione Diocleciani Imperatoris habitum eam omninò extirpauit, vt per hæc verba docet ipſe Prudentius: omnibus portis ſacer immolatus ſanguis, excluſit genus inuidorum dæmonum, & nigras pepulit tenebras vrbe piata. Nullus vmbrarū iatet intus horror: pulſa nam peſtis populum refugit, Chriſtus in totis habitat plateis: Chriſtus vbique eſt. Romam verò non ſolùm in ea idolorum ſeruitute permanſit in Imperio Diocleciani, ſed multò poſt fere per totum imperium Theodoſij primi, & Hiſpanij, vt teſtantur Paulus Oroſius, Paulus Diaconus, & Petrus Mexia, omnesq; hiſtoriographi: ipſe namq; fuit tantæ ciuitatis in hac parte redemptor, ſicuti vltra citatos atteſtātur Zoſim. lib. 5. ſuæ chron. Iuſtus Lipſius de veſ. & veſta. cap. 14. Baronius tomo 4. anno 376. & 384. Necnon, & etiam D. Laurentius Aragonius, & Hiſpanus glorioſißimus, vt conſtat ex Prudentio in hymno tanti Martyris: Antiqua fanorum parens iam Roma Chriſto: dedita Laurentio victrix duce ritum triumphans Barbarum. Reges ſuperbos viceras populosq; ferenis preſſeras: nunc monſtruoſis idolis imponis imperij iugum. Hæc ſola deerat gloria vrbis togata inſignibus feritate captæ Gentium domaret, vt ſpurcum Iouem non turbulentis viribus Coſi, Camilli, aut Cæſaris, ſed martyris Laurentij non incruento prælio. Hactenus Prudentius, vt nedū refractarius ille videret, ſed etiam clarißima Roma, caput dignißima orbis, quare, quo iure, & quanta cū ratione Hiſpania in prædictis omnibus tot inſignis regionibus Prouincijsq; prælata fuit.

vt dicit Rabinus Salomon) fuit impletum per Iacobum Apostolum, & eius discipulos ibi fidem Christi primitùs prædicātes, & colla gentium subiugātes. Tùm ne tantus Apostolus, absq; Prouincia relinqueretur, & ea careret gloria, qua cæteri Apostoli: nam vnusquisq; pro magno honore habet peculiarem Prouinciam in qua Euangelium prædi-
16 cauit; ex quibus luculenter constat, firmissimam traditionē quasi per manus à maioribus perpetuo temporum decursu ad nos delatam, cum nulla probabili ratione conuelli possit, meritò à nobis retinendam & conseruādam esse. Y Neq; enim impedi-

Y

Vt retenta fuit, & est ab omnibus totius Ecclesiæ Doctoribus allegatis à Cenedo, Mota, Lorente, Comestabili, Castro, Maluende de Antichrist. lib. 3. c. 3 & 6. Iacobo Valdesio de dignitate Regū, Regnorumq; Hispaniæ c. 6. nu. 21. qui eam doctissimè comprobant. Necnon & à quatuor Christi Vicarijs septē sanctis grauissimis à duodecim Archiepiscopis, à quinq; ordinibus religiosissimis. Et tandem à Cæsare Baronio in annotationibus ad Martyrologiū die 25. Iulij, & in 1. tom. annal. & licèt posteà in 9. tom. quibusdā tanto viro indignis fundamentis mutauerit cōsilium; credendum est tamen de pio doctoq; viro, re maturiùs inspecta adhærebit priori opinioni, memore sententiæ S. Ioannis Chrysost. homil. 4. in 2. ad Thessal. traditio est, nil quæras ampliùs. Per maximè cum falsum esse doceat dominus Comestabilis, Rodericum Archiepiscopum Toletanum dixisse ea, quæ Garsias Loaysa ei imponit, contendens de Primatu suæ Ecclesiæ, cuius causa ipse recessit à priori, & vera sententia & malè, nil mirum; quandoq; enim bonus dormitat Homerus, illi namq; minimè in causa propria potuit adhibere fidem in præiudicium, præsertim omnium Ecclesiarum Hispaniæ, et tantorum Pontificum, Regum, Sanctorum ordinum, Doctorumq; contrarium attestantium, quibus potiùs credendum est. l. 2. si cert. peta. l. 1. de offic. quest. cap. nouimus. de verb. sign. Ferdin. Loazes super oppido de Mula. dub. 1. num. 74. l. si Imperialis. C. de

de legib. l. sacrilegij. C. de diuers. rescrip. Sed quid? quando Rodericus allucinatus agẽs de eodẽ Primatu illud dixisset: ex quo vnicus & singularis testis est, adhuc nullum valuit ei tribuere assensum. cap. licet ex quadam. de testib. Specul. de testib. §. 11. nũ. 7. & multò minùs recedere ab huiusmodi traditione, vt per hæc verba admonet, sentit, & docet S. Ignatius in epistola ad Hieronem Diaconum. Omnis qui aliquid dixerit præter illa, quæ tradita sunt, tametsi fidedignus, tametsi ieiunet, tametsi virginitatem seruet, tametsi digna faciat, tametsi prophetet, lupus tibi appareat in grege ouium, corruptionem operans. Præsertim cum Loaysa ipse contra dictum Rodericum teneat, sanctum Iacobum in Hispaniam venisse, & author illius dicti seu Actorum non potuerit negare dictam traditionem, imò eam habuisse, & à Sanctis etiam ingenuè fassus fuerit dicens: Memini benè, in primis me annis accepisse à quibusdam sanctis monialibus, & religiosis viduis, paucos admodum conuersos esse, in qua cũ tam exiguos progressus effici videret (alloquitur enim de diuo Iacobo) in patriam reuersus fato functus est: & in prioribus verbis, dum ait, Qui diuinam paginam nouerint, testimonium perhibeant: non negat dictum aduentum D. Iacobi, sed dicit, quòd non legitur in Actis Apostolorum: non enim procedit ratio, nec valet consequentia; non legitur in Actis Apostolorum: ergo non venit in Hispaniam diuus Iacobus? Tùm quia argumentum sumptum de silentio inane est, vt infra respondendo Prudentio videbitur. Tùm quia, vt inquit S. Basilius in lib. de Spiritu sancto; & habetur in cap. Ecclesiasticorum 11. dist. per hæc verba: Nam si aggrediamur ea, quæ non scripto constant, sed tantùm consuetudine repudiare imprudentes Euangelio, & quidem in præcipuis partibus eius officiemus, vel potiùs ipsamet instituta ad inane quoddam nomen redigemus. Exempli causa: eos qui in Domini nostri Iesu Christi spem posuere, figura Crucis signari, quis scripto docuit? Deum oremus solem ad Orientem conuersi, hæc quæ nos literæ docuerunt? Verba inuocationis, cùm panis Eucharistiæ, & panis benedictionis offertur, quis ex sanctis patribus nobis scripta reliquit? Rursus dominus Antonius Augustinus, Archiepisc. Tarraconen.

mẽtum aliquod, aut difficultas considerari posse videtur, quibus dicti beatissimi Apostoli in Hispanias aduentus, vel refelli,

vel in dubiũ vocari posſit, quin potiùs nõ solũ posſibilis, & veriſimilis, ſed & certus, & cõſtãs multis rerum argumentis ſupra confectis cõuincitur: nec enim ex huius Prouinciæ ſitu, & qualitate, nec ex temporis anguſtia, nec ex alijs rerũ difficultatibus hic aduentus inueriſimilis exiſtimari poteſt: nam cùm ad omnes orbis etiã remotiſsimas partes, nec ita claras, nec celebres, & multis terrarum mariſq; ſpatijs ſeiũctas profecti fuerint Apoſtoli, vt eò ſacri Euãgelij ſplẽdidiſsimam lucem circũferrẽt; quis inveriſimile putet ad hanc Hiſpaniarum Prouinciam toto terrarum orbe celeberrimã, &

contra nullas in omnium literarum ſtudijs ſecũdus & multis in indagandis antiquitatibus diligẽtior inſigniorq; hãc eandemq; traditionem amplexus fuit, & vt generalem totius orbis in Breuiario ab eo ſummis vigilijs, & ſtudio, dũ erat Epiſcopus Ilerdeñ. edito fol. 583. Tandem quando eſſet in hoc opinionum varietas, tenenda eſt huiuſmodi, quam vſus comprobauit, pro qua iudicatum eſt, & iudicauit antiquitas. Gregor. Lopez in l. 7. tit. 7. part. 4. verb. porfijaron. Alcia. præſumpt. 30. in reg. 2. num. 3. Anton. Gomez in l. 1. Taur. nu. 8. in l. quicumq;. C. de ſeru. fugit. Dec. conſil. 6. Salzedus ad Bernard. Diaz cap. 23. num. 15. et decidit textus in dño. 50. diſtinct. diſponit namq;, quòd quando diſcors ſententia inuenitur in geſtis Conciliorũ, illius ſententia eſt tenenda, cuius antiquior, & potior extat authoritas; iuxta illud Ezechielis. c. 16. Confundere ò Iuda, & porta ignominiam tuam, et tu, et filiæ tuæ reuertimini ad antiquitatem. Et ſecundùm illud Iſaiæ. c. 25. Domine Deus es tu, et confitebor nomini tuo: quoniam feciſti mirabilia, cogitationes antiquas fideles. Opinio namq; contraria adeò nouiſſima eſt, quòd ab octo tantùm annis ortam fuiſſe docet, et exclamat vbi ſupra in fine dominus Comeſtabilis per hæc verba: Notoria coſa es, que de diez años a eſta parte no ſe auia oydo, que huuieſſe en el mundo quien dudaſſe de la venida y predicacion de Santiago en Eſpaña. *Et paullò inferiùs:* Cõſideremos pues agora la fuerça

que podria tener la cõtradicion, nacida de seis, o ocho años a ésta parte, contra la tradicion de tantos siglos, contra tanto numero de graues autores, no solo de España, sino de todas las naciones de Europa, contra lo recebido en el rezo y oficio Diuino, y Breuiarios de tantas yglesias y Reynos, &c.

Z

Et quando verum esset, quod eleganter doctißimeq; comprobat Christoph. de Castro in histor. Deiparæ Virginis Mariæ. cap. 18. Iacobi occisionem contingisse nono anno pleno à morte Christi, adhuc nemo ob temporis breuitatem inficiari poterit, quin D. Iacobus profectus fuerit in Hispaniam.

clarissimam, & perpetua fama peruagatam, nec ita à Hierosolymis marino præsertim tractu distantem, idem Euangelij lumen non pertulisse? Minùs etiã obest temporis breuitas & angustia, cum integro, vt minimum decẽnio Z post Christũ passum, dictus Apostolus in viuis egerit; nõ tantùm semel eam legationem obire potuisse in cõperto est, quod si refractarius quispiam eius à Hierosolymis profectionem existimet, non verisimilem fuisse, vsq; ad tẽpus conspecti à B. Petro Apostolo lintei animalibus immũdis pleni, quo signo Ecclesiæ ostium Gẽtibus reserari Apostoli cognouerunt; id quidẽ, licèt certa ratione cõprobari non possit, tamen quantumeunq; ita esset, certè cum ea apparitio iuxta frequentiorem patrum sententiam septimo anno post Christi Domini mortẽ contigerit, & iuxta eosdem D. Iacobus martyrium (vt dictum est) anno, vt minimum decẽnio subierit plusquam expeditũ est

toto

toto ad minus triennio remanē te iter illud conficere potuisse, & Prouincia peragrata ad propria redijsse; quibus ex causis vereri iã omnes ampliùs oportet, vsque adeò constabilitam sententiam, non dicam ad impossibile, sed nec ad inverisimile deducere conari; in qua intrepidè asserenda, tenet nos cōsensio populorum, atque Gentium; tenet authoritas miraculis inchoata, spe nutrita, charitate aucta, vetustate firmata cultuq;, & obsequio in sacratissimam Virginē roborata: tenet tandem ab ipso Iacobo tutelari totius prouinciæ diuo, & fani huius fundatore, vsque ad præsens tempus catholicorum in eo perpetua successio, & inter tot persecutionū turbines & procellas, tot & tanta supplicia, totq; martyrum & martyriorum myriades, purissimè & inuiolatè in Christum fidei continua perduratio, quàm & vsque in finem seculi tantorum patronorum beneficio duraturam percredimus, & existimamus,

mamus. Neq; obstant verba Innocentij primi in cap. quis nesciat. 11. distinct. *Præsertim cum sit manifestum, in omnem Italiam, Gallias, Hispanias, Africam, atq; Siciliam, insulasq́, interiacentes nullum instituisse Ecclesias, nisi eos, quos venerabilis Apostolus Petrus, aut eius successores constituerunt Sacerdotes; aut legant si in istis Prouincijs alius Apostolorum inuenitur, aut legitur docuisse: Quod si non legũt; quia nusquam inuenitur; oportet eos sequi, quòd Romana Ecclesia custodit.* Tùm quia, quòd in hac parte profitemur, legitur, habeturq́; in sæpedicta historia, in Breuiarijs, librisq; Ecclesiasticis antiquissimis, & sequimur (vt visum est) quod Romana Ecclesia custodit. Tùm quia verba quantumuis generalia sint, accipienda sunt secundùm iuris intellectum: quare supradicta non ita intelligẽda sunt indistinctè, scilicet, nullum Apostolũ, præter Petrũ, in eas Prouincias peruenisse, & in eis Ecclesias ædificasse: sequerentur enim grauissima

ſima abſurda inter alia, & Paulū Apoſtolū varijs in locis falſum dixiſſe; cum non ſemel fateatur ipſe, Italiam & Romam perueniſſe, vbi à Nerone legimus, fuiſſe carceribus mancipatum, flagellis cæſum, & tandem capite truncatum anno decimo ſeptimo poſt paſsionem Chriſti. Et eundem Apoſtolum Hiſpanias adiſſe, ſanctiſsimi & grauiſsimi viri teſtantur. Referunt etiam ſanctus Iſidorus, & alij plurimi, Philippum Apoſtolum in Gallijs quoq; prædicaſſe. Quos omnes & ſummos Pontifices in dictis indultis, & Breuiarijs, iuſſu eorum æditis, & comprobatis erraſſe, & deceptos eſſe dicere cogeremur, ſi dicta verba eo modo eſſent intelligēda. Quòd durum admodum eſſet: non ergo ſic accipienda ſunt, ſolùm Petrū in Occidēte prædicaſſe, quia ab eo miſsi prædicarunt, & Eccleſias inſtituerunt; vt idem Innocētius profitetur. Beatus autem Iacob⁹, & Paulus, qui Hiſpanias adierunt, à Petro, vt à capite Eccleſiæ

&

Sequeretur etiam aliud abſurdum, nempè S. Barnabā nō inſtituiſſe Eccleſiam Mediolanen. neque in eam ciuitatem, et Prouinciā perueniſſe. Quod nil aliud eſſet, quā firmas traditiones illius, et aliarum Eccleſiarū Italiæ, infringere, mēdacesq; facere Monbrinum, Monbricum, venerabilem Bedam, Alexandrinū monachū, Hippolytum martyrem, Dorotheum, Baronium, & alios plures grauiſsimos patres id atteſtantes. Conſtat igitur, et ex ſententia Baronij, non obſtare huic noſtræ traditioni decretalem Innocentij, dum in tom. 1. annalium anno 51. et 54. habuit pro certa et indubitata dictam Mediolanē. traditionē, quam aliàs nullatenus potuiſſet; ipſius namq; decretalis mens, et verba, ſic conueniunt, ac diriguntur Italis, vt Hiſpanis: ſicuti per eam licet videre. Rurſus ſi à dicto Innocētij ex communi conſenſu patrum neceſſariò excipitur Paulus: diſſeminauit enim Euangeliū in Hiſpania, et Italia, vt tenet poſt plures, quos longum eſſet recenſere. Gregor. VII. lib. 1. regiſtri

registri epist. 64. nil mirum, quod excipiatur etiam ex eadem traditione Iacobus. Nec obstat quod Paulus ad Roma. 15. 20. affirmat, se prædicasse, nō vbi nominatus est Christus; ne super alienum fundamentum ædificaret: quia non inde sequitur, Iacobū nō prius prædicasse in Hispania: nam vt eleganter respōdet Castrus vbi supra: Cū eius prædicationis fructus non cumulatè labori responderit, ratio habita non est, vt dicere Paulus potuerit super alienum fundamentum se non ædificasse. Necdum quòd cum latissima locis esset Hispania, potuit in alijs eius partibus prædicare, quas Iacobus sua luce non perfuderat: quemadmodum accidit in Asia, Græcia, alijsq; regionibus, vbi cæteri Apostoli euangelizauerant: & in hoc sensu accipi debet: quod Ambrosius, et Hieronymus dicunt, Paulum iturum in Hispaniam, quia illic Christus non erat prædicatus, vel forsan ideò non venit in Hispaniam, vt dicit text. in cap. beatus Paulus 22. q. 2. quia in ea Iacobus prædicauerat.

clesiæ missi fuere, & eius authoritate Ecclesias instituerunt: atque ideò Innocentius nō repugnat, nec diffitetur, Iacobum in Hispanias peruenisse, sed omnes, qui huc peruenerunt, iusso, vel consilio Petri venisse dicit: in summa enim hæc intēdit Innocentius, omnes qui in eas aduētarunt Prouincias vnam eādēq; fidem professos, eā, scilicet, quá Petrus Ecclesiæ caput professus est, quam genuinam interpretationem cum omnia sic vero cōsonent, & interse ad cōcordiam redigantur, ne vnus tantùm Pōtifex, tot Pōtificibus sanctis, Doctoribusq; grauissimis traditionibus, & Breuiarijs aduersetur, sequi tenemur. A Sed quorsum

A

Atque inde meritò in decreto Iuonis. part. 4. cap. 67. verba textus in dicto cap. quis nesciat, ibi aut legant, si in alijs Prouincijs, alius Apostolorum inueniatur, aut legitur docuisse, &c. Ita circumferuntur & habentur, aut legant, si in alijs Prouincijs, alius Apostolorum inuenitur, alias leges docuisse.

hæc ita diffusæ diriguntur verba de re constantissimo Ecclesiæ, sanctorumq́; patrũ testimonio sæpiùs definita? cum alienum prorsus sit ab Ecclesiastica, & fidelium consuetudine in eo dubitationem accipere, quod ex Ecclesiastica quoq;, & fidelium
18 traditione descendit. Nec in cõtrarium facit, quod saltem verũ esse contendunt, dictam Ecclesiam vnquàm cathedralem fuisse, sed sancti Saluatoris: quia vltra quòd nemo est, qui id attestetur, ipsamet profitetur contrarium in Breuiario, & Missali suæ diœcesis (vt visum est) ac laudando sententiam Ioannis Ferrer, quæ verbis expressis idem testatur. De priuilegio autẽ Imperatoris Alfonsi tot vitijs laborante, nulla est habenda ratio, præsertim cum eidem non debeat, nec possit maior fides adhiberi, quàm ipsi Ecclesiæ, [B] & toti Archiepiscopatui ipsi, totq; Ecclesijs, & viris grauissimis antiquis, & nouissimis cõtrarium attestãtibus, collegij multorũq;

B

Quæ sponsa, siue vxor Archiepiscoporum fuit, nullus enim magis præsumitur scire facta viri, quàm vxor; Guido Pap. de præsumption. nu. 115. Rursus dictus Imperator fuit Castellæ, & non quidem Aragonum Rex, & vt inquit Marsilius Lesbio de origine Italiæ, & Thirren. de Gentis antiquitate, & origine, magis creditur ipsi genti, quàm exteris & remotis, Baronius in Martyrologio die 26. Aprilis dirimit similem controuersiam dicens: Sed in his, quæ sunt Romanæ Ecclesiæ, maior est adhibenda fides eius alumnis, quàm cæteris.

C

Dum inſcriptio capitis D. Valerij ſic ſe habet. Hîc eſt caput B. Valerij confeſſoris Epiſcopi huius Eccleſiæ. S. Vincentij vero. Hîc ſunt reliquæ B. Vincentij Archidiaconi huius Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ. Vltra quod non ſumitur ibi pro Eccleſia materiali illa, ſed pro ſpirituali, quæ conſiſtit in collectione fidelium huius diœceſis. Nam vt inquit Archid. in principio. de electio. lib. 6. Eccleſia multis modis dicitur, quandoq; dicitur collectio Sãctorum. cap. nuptiarum. 22. q. 1. & quandoq; collectio catholicorum vel fidelium. Iaſ. in l. 1. C. de Sacroſanct. Eccleſ. eo nãmq; tempore, quo glorioſiſſimi Sancti illi floruerunt, non dum inſignis, quæ nunc eſt Metropolis, erat Eccleſia, ſed ſæpe dicta B. Mariæ Maioris; fuit enim Deo cõſecrata, anno illo feliciſsimo, quo ab vrbe pulſi Arabes fuerunt; Blancas, Garibay, Prades, Gaubert, Zurita, & Martinus Garcia in locis citatis, & in ſerm. 144. eſt: nãq; omni exceptione maior: quia fuit tantæ metropolis Canonicus, concionator Regis

teſtimonio potiùs adhærendum eſt, quam vnius perſonæ quantumcũq; præſidiali præfulgeat dignitate. Rurſus dum dicta Eccleſia B. Mariæ fuit vnita, communicata, ſeu trãslata in dictam ſancti Saluatoris, de ea intelligitur, quod de prædicta refert dictus ſereniſsimus Princeps; atq; ideò non obſtat ipſius priuilegium. Nec quod de inſcriptio- 9
nibus capitum diuorũ Valerij, & Vincentij tantùm ex aduerſo celebratur, C cum in eadem verificatur Eccleſia, & multò magis verè & propriè, vt ex omnibus præmiſsis ſatis patet. Nec contrariũ ſuadet, quod ex chronicis Roderici, Archiepiſcopi Toletani, & generalis opponũt, nullam fuiſſe ciuitatẽ cathedralem in Hiſpania, quæ ab Arabibus non fuerit in eorum impia inundatione, aut incenſa, aut diruta; & ideò ſi tunc Eccleſia de Pilari cathedralis exiſteret, ipſa, aut eius ciuitas, vt cæteræ Eccleſiæ & ciuitates periJſsẽt: quia nõ ita generaliter, vt ſonant intelligendæ

gendæ sunt, quòd nulla superet: alias enim in notorio mēdacio deprehēderentur; quia non solùm permansit insignis huiusmodi ciuitas, sed & Toletana, Hosca, Tyrasona, & alię, quæ, vt nunc, eo tempore fuerūt cathedrales. Nec refert intelligendas chronicas fore de ipsis Ecclesijs quæ fuerunt ab ipsis Sarracenis sic labefactatæ; nam in hoc, vt in multis alijs, prę cęteris micat, & resplēdet huiusmodi clarissima Ecclesia, dum omnipotēs Deus non fecit taliter omni nationi. Tùm quia tātæ immunitatis, & singularis excellentiæ causa nulla alia esse potuit, quàm quòd iussu sacratissimæ Deiparæ à D. Iacobo in ipsius verbo, quod sēper stabit, fuerit cōstructa. Nec mouet in contrariū sæpè dictas Ecclesias cathedrales, antiquissimas, sanctissimas, magniq; habitas (& meritò quidem) semper fuisse, Episcoporumq; sedes extitisse in primitiua Ecclesia: Hoc enim non negamus, sed quod ipsæ inficiari nequeūt, & omnes

gis Catholici, Inquisitor generalis, & Barchinonæ Episcopus. Præsertim cum teste Prudentio, & Aymonio, etiam nō in sancti Saluatoris tēplo, sed dictæ Virginis habuit D. Valerius sedem, & in eodem fuit Archidiaconus S. Vincentius. Prudentius enim id testatur, dum ait, Hinc Sacerdotum domus insulata Valeriorum: & Aymonius vbi sup. cap. 6. dū inquit; atque in Ecclesia beatæ Mariæ semper Virginis, quæ est mater Ecclesiarum eiusdē vrbis veneranter recondi, in qua olim sub Valerio Pontifice, idem martyr strenuusque athleta Archidiaconi arcem insignis tenuerat.

fatentur; Ecclesiá de Pilari mul-
tò antiquiorem existere, & ante
eas huiusmodi dignitatem ha-
buisse sequi cogimur, moribus
namq; confirmata destruere dif
ficillimum est. Nec facit in cõ- 20
trarium, dictam Ecclesiam, non
templum, nec Ecclesiam, sed o-
ratorium, vel capellam appella-
ri ab aliquibus ex antiquis scri-
ptoribus: nam, vt egregiè ait do
ctissimus Cardinalis Belarmi-
nus, [D] veteres patres, Latini, &
Græci per aliquot secula, nun-
quam Ecclesias Christianorum
templa vocarunt, sed oratoria,
vel ecclesias, vel domos oratio-
nis, vel basilicas, vel martyria;
quia adhuc vigebat memoria tẽ
pli Iudaici, ne viderentur Apo-
stoli, simile aliquid introduce-
re, & vt distinguerent Ecclesiam
à Synagoga. Nec omissionis ar
gumentum sumptum ex Pru-
détio (qui omnia notabilia Chri
stianæ religionis ciuitatis Cæ-
saraugustæ, & Hispaniæ scripsit,
& de huiusmodi sanctæ Eccle-
siæ fundatione non meminit, vt
me-

D

In tomo primo controuers. de Roman. Pontif. lib. 3. cap. 13. col. 905. & Florimundus de Raymund. in tract. Antichr. cap. 13. §. 4. Duran. de ritib. Eccles. lib. 1. cap. 1. num. 8. & 13. Sed quid? Ab initio suo vocatur Ecclesia, vt affirmant don Ferdin. à Mendoça, vbi sup. lib. 2. fo. 159. Beuter, Gaubert, Vassæus, Garibay in locis supra citatis, Martin. Garcia serm. 90. 91. & 102. Roman. de Republ. Christ. lib. 1. cap. 4. Morales lib. 9. c. 7. & demum Calixtus III. & Rex Ioannes II. necnon Ferdinandus II. in suis priuilegijs, Christophorus de Castro, vbi supra.

meminisset si ita se haberet) procedit, E quia multa & grauissima quidem (vt notissima) omisit Prudentius, & inter alia illustrissimos Martyres, nempè D. Laurentium Hoscensem; & sanctum Lambertum Cæsaraugustanum. Sed nõ silentio præterit eam secundum aliquos nõ vulgaris authoritatis Doctores, dũ pro ea canit *Plena magnorum domus Angelorum*: Et paullò post, *Nouerat tẽplo celebrari in isto*. Et alibi, *Hinc Sacerdotum domus infulata Valeriorum.* F Vltra quod non de omnibus scripsit Prudẽtius gloriosè hic gestis, sed de aliquibus tantùm. Nec pulsis A-

E

Non enim omnia scribenda sunt, nec est necessarium, atq; ideò non est tutum argumentum sumptum à silentio, nec procedit, vt D. Hieronym. per hæc verba docet; Nec mirum si Lucas hanc rem tacuerit, cùm alia multa, quæ Paulus sustinuisse se replicat, historiographi licentia prætermiserit, & non esse contrarium, si quod alius ob causam dignum putauit relatũ, alius inter cætera reliquit. Deniq; primũ Antiochenæ Ecclesiæ Episcopum Petrum fuisse accepimus, & Romam exinde trãslatũ, quod Lucas penitus omisit. Vnde Epipha. in lib cõtra hæres. ait, Oportet traditione vti, non enim omnia à diuina Scriptura accipi possũt, quapropter aliqua in scriptis, aliqua in traditione S. Apostoli tradiderunt. Idem eisdem ferè verbis dicit Dionys in c. 1. de eccl. hierar. & D. August. varijs in locis, & Baronius in 1. tom. anno 61. fol. 707. dicit; Quòd multa acta Sanctorũ, Apostolorumq; inopia scriptorũ remanserunt obscura. Idẽ dicit Polid. Virgil. de inuentorib. rerum. c. 6. & Athanas. de Lobera in proœm. histor. De las grandezas de la insigne ciudad de Leõ. Quid adhuc egemus testibus? nonne tot sancti supra citati, id attestãtur? & quid mirum si Prudẽtiũ & alios priscos patres, quid primis tẽporibus gestũ sit latuerit, cũ nullus Hispanus historicus ab illis temporibus historiam texuerit.

F

Et ibi: Tristior tẽplũ rabies in istud Intulit iras. Vt videre est per Garsiã Episcop. Barchin. in serm. 150. et alios huius, et pristinæ ætatis grauissimos patres.

rabibus Rex Alfonsus dictam Ecclesiam dehonestauit, trãsferẽdo sedem in Ecclesiam sancti Saluatoris: nam licèt eo tempore pro beneficijs ab ea receptis huiusmodi dignitatem, quãdo nõ haberet, meruisset; multa tamẽ serenissimum gloriosumq; Regem mouere ad id potuerũt. Primum maiorum suorum vestigijs inhærere, qui recuperata à Sarracenis aliqua ciuitate solebãt mezquitam maiorem statim cultui diuino cõsecrare, & in ea Episcopalem sedem constituere, G ne ergo à suorũ consuetudine discederet, mezquitã maiorem Cæsaraugustæ in Ecclesiam erexit, & sedem Episcopalem in eam transtulit, vt vbi caput superstitionis fuerat, ibi caput quiesceret sanctitatis, H Quod etiã Apostolos obseruasse comperimus, vt apparet ex epistola prima Clemẽtis Papæ ad Iacobum, quæ habetur in cap. in illis. 80. distinct. potuit etiam moueri pulchritudine eius ædificij, ac magnitudine: lõgè enim super-

G
Vt pulchrum habemus exemplum in sancto Rege Ferdinãdo; quando enim debellauit Cordubam nõ instituit sedem in Ecclesia S. Petri illius vrbis, vbi antiquitùs in primitiua Ecclesia stetit, sed apud mezquitam maiorem: vt testatur Ambrosius de Morales Cordubensis lib. 17. c. 6. idem factũ fuisse Auilæ firmat Ciãca in chron. S. Segundo. c. 26. Ac etiã Tarracona, vt scribit Ludouicus Ponsicart, De las grandezas de Tarragona. cap. 26.

H
S. Prosperus Aquita. de datis & pro: p. 2. cap. 38. Rena. Chopi. de sacr. poly. forens. lib. 1. tit. 7. num. 22. Canis. de Maria Virg. lib. 5. cap. 24. Ambros. serm. 66. in cap. Beati. 2. quæst. 7.

superabat dictam Ecclesiam, cu ius tunc parietes vetustate ferè collapsi, & diruti erãt; vt ex bulla Gelasij secundi, & Petri Librana primi Episcopi desuper relata cõstat.[I] Vel potuit etiam moueri ex alijs causis à Martino
21 Garcia, & alijs adductis. Nec audiendus est Zurita sentiens,[K] sedem tunc pristino & natiuo loco restitutam non verò nouè concessam. Tùm quia contra se ipsum loquitur, dum alibi dixit, agens de Ecclesia beatæ Mariæ: *Vnde, & Helecæ, & Seniori, ac superioribus posterioribusq; Episcopis, & Ecclesiastico cœtui Sacrosancta ædes sedem ac domicilium præbuit*: Arabum namque tempore alios, ante eos quos enumerat, non habuit Episcopos, atq;

I

Rex enim imminentium bellorum causa nimis grauatus continuis expugnationibus vacando (ex quo Bellatoris nomẽ meruit) aliter huic malo, necessitatiq; occurrere minimè valuit; quinimò hac occasione & causa authoritate sola ordinaria translationem Ecclesiarum fieri posse, & factam fuisse à sanctißimis patribus, Regibusq; antiquis non semel incõperto est. cap. si quis vult. 16. q. 7. Rebuf. in praxi tit. de translatione Episcoporum pag. 306. num. 7. & eadem de causa Gentiles etiam transferre solebãt ædem matricem in eã, quæ esset accõmodatior, Plin. lib. 10. epist. 59. & potuit moueri etiam ex alijs causis christianißimus Princeps, traditis à Martino Garcia. serm. 144. à Prade. lib. 3. de ador. imagi. cap 9. §. 1. & à Zurita in suis indic. fol. 54 versi. Cæsaraugustana, & à Iacobo primo Rege Aragonum in sua historia. cap. 148.

K

Lib. 1. annal cap. 44 & lib. 1. Indicum, quibus in locis minimè contrariatur sibi, nã hic non agit de Ecclesia aliqua particulari Cæsaraugustæ, sed de Ecclesia ipsa Cæsaraugustana, cui restituta fuit sedes Episcopalis, apud quã antiquitùs stetit, & ideò non loquitur de Ecclesia illa materiali S. Saluatoris, sed de ipsa Ecclesia Cæsaraugustana, quæ est collectio fidelium, non specificando specialem locum, vt in simili docet Turrecrem. in

cap.

ideò non de illis agit verbis superioribus, sed de illis, qui à primordio dictæ Ecclesiæ præfuerunt in ea. Tùm quia, eidē plures, authoritate, antiquitate, & numero superiores refragantur, & tot Breuiaria grauissima, quibus potius stādū est. L Nec tandem obstat ob dictā translationem, dictam Ecclesiam omisisse priuilegia, præeminentiasque omnes cathedralis Ecclesiæ, ex quo constat, trāslationem factā fuisse, non cum omnimoda dictarum præeminētiarum extinctione; sed imò potiùs cum expressa reseruatione earundem præeminentiarum, vt fuit pronuntiatum à sæpe dicto Ioanne Ferrer; & iure sanè, quandoquidem non ob delictum, M nō ob

cap. Sanctorum. ad med. 10. q. 1. versi. Ad secundum, & ita intelligendum fore constat ex multis, tùm vt euitetur cōtrarietas & repugnantia in tanto viro, tùm quia eisdem vtitur verbis, quando agit de Ecclesijs Hoscen. Tirasson & alijs, & constat, ipsum agere de dictis Ecclesijs in abstracto, et non in cōcreto. Tùm quia agit Zurita de dignitate dictæ Ecclesiæ, quæ licèt mutetur de vno ad alium locum, semper est eadem. Bald. consil. 159. nume. 15. lib. 3.

L

Cap. licèt causam. de probatio. c. in nostra. de testibus, Mariana in tract. de aduentu D. Iacobi in Hispaniā, & Ambr. de Moral. lib. 9. c. 14. & in libro 8. fol. 213. vbi docent quā magna Breuiariorum maximè antiquorum sit authoritas.

M

Si enim ob delictum facta fuisset translatio, seu destructio, tunc nec nomen, nec priuilegia retineret. cap. et hoc diximus. 17. q. 7. cap. placuit. de consecrat. dist. 1. et constat etiam, translationem absq; extinctione præeminentiarum factam fuisse: quia non interuenit summi Pontificis cōsensus, vt requirebatur ad dictam extinctionem, Petrus Perusio de vnion. c. 4 Rebuf. cons. 106. semper enim dispositio præsumitur facta in casu magis permisso, et ex potestate iuris communis potiùs quàm singularis. et specialis, Bart. in l. gerit. de acquir. hæred. Bald. in l. 3. de milit. testamen.

Vantius

culpam factam fuisse constat. N Admittitur tamen dictæ Ecclesiæ Propositio, respectu domus Diputationis: quia ipsa tantùm, & non regnum, nec alia loca eiusdem fuerunt apprehensa, & aliàs att. cont. &c. Et cum his dictus dominus locum tenens Relator requisiuit dictos illustres dominos locum tenentes, quatenus votum suũ proferrẽt, qui omnes fuerunt eiusdem voti ex eisdem motiuis. Deinde altera diè apud eãdem ciuitatem Cæsaraugustæ in camera consilij interfuerunt domini locum tenentes sequẽtes, dominus Clemens Romeu, dominus Matthæus Deça, dominus Hieronymus Mendieta, dominus Martinus Godino, dominus Michael Martinez del Villar, & existente dicto processu in deliberatione super reuocatione dictæ sententiæ supplicata, domin⁹ Michael Martinez del Villar Relator fuit voti, & opinionis, quòd debet pronuntiari, & stare in pronuntiatis, nõ obstante reuocatione

Vantius de nullit. ex defect. iur. nu. 171. latè Surdus consi. 19. lib. 1. doctissim⁹ præceptor meus Monter in supremo inclytæ coronæ Aragonũ Senatu Regiam Regens cancellariã decis. 41. num. 19.

N

Maximè cùm non translatio, sed potiùs vnio, seu communicatio huiusmodi censenda sit: nam vt declarauit dictus Ioãnes Ferrer, hæc Ecclesia vnà cum maiori reputatur, ex traditis ab Innoc. in. c. 2. de nou. oper. nũntia. Anchar. in Clem. in plerisq; de electio. in princip. Zabarela ibid. Anton. de Butr. in d. c. 2. Ias. in l. inter stipulantem. §. Sacram. nu. 30. de verb. oblig. dicit communẽ Gonni. de immunita. Eccles. ampl. 20. in fin. Mascar. conclus. 584. num. 5. Rursus licèt quando vna Ecclesia transfertur in aliam cõmittat priuilegia, est verum respectu illius Ecclesiæ, ad quam facta fuit translatio, sed non respectu aliarũ Ecclesiarum; argumẽto textus in l. Paulus. quib. mod. pign. vel hyppo. vbi Salic. et Raphael Fulgos. notãt. Et hæc est ratio: quare licèt ex omnibus

bus supradictis poterat præcedere Cathedralem Metropolitanam, eam tamen non præcedit, nisi tantùm in reseruatis, et retentis, vel per consuetudinem, vel per dictam concordiam, de qua actum est in principio.

supplicatã, quæ locum nõ habet ex eisdem motiuis, & requisiuit dictos dominos locum tenentes quatenus votũ suũ præstarent, qui fuerunt eiusdem voti ex eisdem motiuis.

Sig✝nũ mei Ioãnis Baptistæ habitatoris ciuitatis Cæsaraugustæ, authoritateq; Regia per totum Regnum Aragonum publici notarij, ac scriba principali Curiæ domini Iustitiæ Aragonum, & secretarij Consilij eiusdem Curiæ, qui huiusmodi vota & motiua à suo originali libro consilij dictæ Curiæ de anno millesimo sexcentesimo quinto, vbi cõtinuata existunt manu aliena extraxi, & cum dicto suo originali libro cõsilij benè, & fideliter comprobaui, & in testimonium præmissiorum meo solito signo signaui.

SI QVID OSCITANTER scriptum inueniatur, quod sanctæ Romanæ Catholicæ Ecclesiæ decretis aduersetur, indictum, retractatumq́ esto.

INDEX

INDEX RERVM NOTABILIVM, QVÆ IN his motiuis continētur. Numerus loci textus, adquē fit remiſsio, cognoſcitur per has dictiones nu. num. & aliquãdo numero: alteræ verò literæ indicant gloſſam, ſiue apoſtillam citatam, ſub dicto numero.

A

INDEX.

tione

INDEX.

Iaco-

Pri-

SOLI DEO HONOR, & gloria.

Testimonia tua credibilia facta sunt nimis. Psalm. 92.



A calumnijs hominum.
Libera nos Domina.

✠

CLEMENS EPISCOPVS, SERVVS SERVORVM DEI, AD PERPETVAM REI MEMORIAM.

In Apoſtolicæ Dignitatis faſtigio, ad quod ineffabilis Divinæ Clementiæ abundantia humilitatem noſtram meritis licèt imparibus, evehere dignata eſt, Paſtoralem noſtram ſolicitudinem, quantum Nobis ex alto conceditur; repræſentare iugiter ſatagentes, illaque pie, & prudenter ad dirimendas lites inter Chriſti fideles quolibet, præſertim illos, qui in ſortem Domini vocati, ſacriſque miniſterijs addicti, in Cathedralibus, & Metropolitanis Eccleſijs, Altiſsimo præſtant famulatum, conſtituta eſſe noſcuntur, ne in recidivè contentionis ſcrupulum in poſterum relabantur, ſed vt perpetuo firma, & illibata perſiſtant, Apoſtolici muniminis Noſtri patrocinio libenter cõſtabilimus, noviſque præſidijs, vt ſerventur corroboramus, & alias deſuper officij noſtri partes favorabiliter interponimus, provt rationabiles cauſæ, & pia ſublimium Principum, præclaris in Eccleſia Dei meritis fulgentium, vota expoſcunt, ac temporum, & locorum, atque perſonarum circunſtantijs debitè penſatis, ad Omnipotentis Dei gloriam, ipſarum Eccleſiarum deco-

rem, & in illis famulantium quietem, ac Dominici Gregis edificationem, expedire in Domino ſalubriter arbitramur. Cum itaque alias dilectus filius noſter Ioannes Everardus, Tituli Sancti Bartholomæi in Inſula Præsbyter Cardinalis Nidhardus nuncupatus, apud Nos, & Sedem Apoſtolicam Chariſsimi in Chriſto Filij Noſtri Caroli Hiſpaniarum Regis Catholici Orator, & Chariſsimæ in Chriſto Filiæ noſtræ Marianæ Hiſpaniarum Reginæ, & prædicti Caroli Regis Matris, & tunc Tutricis, & eius Regnorum Gubernatricis, & deindè poſtquam dictus Carolus Rex Decimumquintum ſuæ ætatis annum, benedicente Domino fœliciter inchoavit, & adminiſtrationem ſuorum Regnorum ſuſcepit, eiuſdem Caroli Regis reſpectivè nominibus Nobis humiliter expoſſuerit. Quod alias poſtquam lis, & cauſa, primò forſan in partibus, coram certis illarum partium Iudicibus competentibus, & deindè in Romana Curia, & cauſarum Palatij Apoſtolici Auditorio, corā diverſis illius Auditoribus, inter dilectos Filios Priorem Capitulum, & Canonicos Metropolitanæ Eccleſiæ Beatę Mariæ de Columna, vulgo del Pilar, nuncupatæ, Ordinis Sancti Auguſtini Canonicorum Regularium ex vna, ac Decanum, Capitulum, & Canonicos Metropilitanæ Eccleſię Sancti Salvatoris, Civitatis Cæſaraguſtanæ ex altera partibus, ſuper Chathedralitate, rebuſque alijs, in actis cauſæ, & cauſarum

hu-

huiuſmodi latius deductis, & earum occaſione in tertia, ſeu alia veriori inſtantia diu agitata, & ventilata fuerit, fœlicis recordationis Alexander Papa Septimus, Prædeceſſor Noſter, cui gravia ſcandala, quæ ex lite, & cauſa huiuſmodi orta erant, & in dies oriebantur, benè innotuerant, illis occurrere, ac in præmiſsis, & circa ea opportunè providere deſiderans, de aliquorum tuunc exiſtentium Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinalium, & dicti Curiæ Prælatorum, ſuper cauſa; & lite huiuſmodi, ab eo ſpecialiter Deputatorum, qui negotium huiuſmodi maturè perpenderant, & accuratè diſcuſſerant, vnanimi conſenſu, Motu proprio, & ex certa ſcientia, & matura deliberatione, ſuis, deque Apoſtolicæ poteſtatis plenitudine, lites, & controverſias quaſcumque, inter prædictos Collitigantes, & in quacumque inſtantia, & tàm in prædicto Auditorio, quàm alioquovis Tribunali, etiam Nunciaturæ Hiſpaniarum, & coram quocumque alio Iudice, pendentes, in ſtatu, & terminis, in quibus tunc reperiebantur, à prædictis, & alijs quibuſvis Tribunalibus, & Iudicibus ad ſe avocaverit, illaſque omnes, & ſingulas pœnitus, & omninò perpetuò ſuppreſerit, peremerit, extinxerit, & aboleverit, ac perpetuum deſuper Collitigantibus prædictis ſilentium impoſuerit, eiſque os occluſerit, & ad evitandas rixas, & crebra ſcandala in futurum, diverſas Or-

 dina-

dinationes, & Constitutiones, per suas litteras in forma Brevis, sub Annulo Piscatoris, sub die vigesima prima Octobris, anni Domini millesimi sexcentesimi sexagesimi sexti, Pontificatus sui anno Vndecimo emanatas, & præsertim, vt inter dictas Ecclesias Beatæ Mariæ, & Sancti Salvatoris huiusmodi, earumque Capitula, & Personas, perpetuis futuris temporibus in singulis functionibus Cathedralitati competentibus, etiam iuxta Decretum Cardinalium, & Prælatorum Prædictorum, ordo Alternativæ servaretur, ediderit, & observari mandaverit, seu ordinationes, & statuta desuper facta approbaverit, & confirmaverit, provt in dictis litteris vberius continetur: Verum cum litteræ prędictę ex certis causis executionem non habuerint, ac lites, & controversię, ac scandala huiusmodi, sedata non remanserint, & forsan excreverint. Idcirco dicti Caroli Regis nomine, dicta Mariana Regina, sedulo prospiciens ex eisdem pręmissis aliquod grave damnum dictę Civitati, & toti Aragonię Regno contingere posse, illiq; occurrere satagens, pluries vocatis, & auditis, tã simul, quã seorsim, pluribus Doctissimis, & Iurisconsultissimis Viris, non sine magnis difficultatibus, operam dedit; vt Collitigantes prædicti arctissimis iuris vinculis se se obligarent, facturos, & executuros esse, & fore omnia, & singula, quæ Nos ob finem sedandarum litium, ad in-

inſtantiam, & propoſitionem, ac interpoſitionem dictæ Marianæ Reginæ, dicto nomine fieri, & exequi præcepiſſemus, prout in publicis deſuper reſpectivè confectis inſtrumentis etiam plenius continetur. Et licèt eidem Marianæ Reginæ plurimum cordi eſſet, quòd litteræ Alexandri Prædeceſſoris prædicti, debitæ executioni demandarentur: nihilominùs perpenſis difficultatibus, in quas incurrendum fore prævidit ab eiſdem litteris, & etiam aliquibus antiquis concordijs, quæ inter prædictos Collitigantes, ſeu eorum Anteceſſores alias initæ, & Apoſtolica, ſeu ordinaria auctoritate forſan approbatæ dicuntur, recedere, expediens, imò neceſſarium viſum fuit, atque ideò dicta Mariana Regina, facultate ſibi à Partibus tributa, Nobis proponendi, quæ ad dictum finem conſequendum conveniora, & promptiora eſſent, habito prius exacto rei examine, uti volens, quandam formam reſcindendarum in poſterum litium, & diſcordiarum omnium, inter prædictas Eccleſias, ac perpetuæ pacis introducendæ, ſub certis capitibus, de quibus infra, Nobis propoſſuit. Nos igitur cupientes litibus, & controverſijs huiuſmodi finem imponere, illaſque penitus, & omnino dirimire, perimere, & de medio tollere, & ante omnia zelum verè Chriſtianum, quo inflamati prædicti Carolus Rex, & Mariana Regina eius Mater, Eccleſiarum ſuæ ditionis proſpero ſtatui, & Ec-

cle-

clesiasticorum Paci, & Concordię invigilant, plurimum in Domino commendantes, ad eorum instantiam, & supplicem interpositionem Capitula, & Canonicos dictarum Ecclesiarum, earumque singulares personas à quibusvis excommunicationis, suspensionis, & interdicti, alijsque Ecclesiasticis sententijs, censuris, & pœnis à iure, vel ab homine, quavis occasione, vel causa latis, si quibus quomodolibet innodati existunt, ad effectum pręsentium tantum consequendum, harum serie absolventes, & absolutos fore censentes, Motu proprio, & ex certa scientia, nostra deque Apostolicę potestatis plenitudine, obligationem prędictam, ab vtriusque Ecclesię Capitulis, admittendi, & exequendi ea omnia, quę Nos ad propositionem, & interpositionem pręedictę Marianę Reginę disponeremus, respectivè factam, in omnibus, & singulis eius partibus, ac in omnibus, & per omnia, & omnino, quo ad omnia; perindè, ac si authoritate, & iusu nostris, à principio facta fuissent, appróbamus, & confirmamus; omnesque, & singulos, tàm iuris, quàm facti, & solemnitatum quarumcumque in similibus, seu in ea conficienda, de necessitate observandarum, & alios etiam quantumvis formales, & alios quoslibet, etiam specifica, & individua mentione, & expressione dignos defectus, si qui desuper quomodolibet intervenerint, seu interve-

venisse dici, vel pretendi quoquomodo, & quovis tempore possent, etiam ab ipso initio supplemus, & sanamus, ac illos, omnemque aliam exceptionis, annullationis, irritationis, sive revocationis prædictæ obligationis, etiam iuridicam, & speciali nota dignam allegationem, quæ ex quibusvis etiam iuridicis, & legitimis Capitibus, etiam rei iudicatæ, ac per dictas litteras Alexandri Septimi occlusi oris, ac quovis iure, via, & causa, etiam in excogitata, contra obligationem huiusmodi resultare, insurgere, vel opponi posset in futurum, etiam penitus, & omnino, pariter ab ipso initio tollimus, removemus, perimus, & abolemus. Necnon supplicationi, interpositioni, & instantiæ à prædictis Carolo Rege, & Mariana Regina Nobis factis, inherentes, & inclinati. In primis in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ, ac omnibus, & singulis illius Dignitatibus, Canonicatibus, & Prębendis, Officijs, & alijs, si quę sint Beneficijs Regularibus, & in Commendam obtentis, Ordinem prędictum Sancti Augustini Canonicorum Regularium, omnemque statum essentiam, & dependentiam regulares, ex nunc Apostolica Auctoritate prędicta, penitus, & omnino, ac perpetuo suprimimus, & extinguimus, ac Ecclesiam Sanctę Marię prędictę, Dignitates, Canonicatus, & Prębendas, Officia, & alia, si quę sint in ea Beneficia, ad statum sęcularem,

sal-

ſalvis tamen, & firmis, & illeſis remanentibus omnibus, & ſingulis, Privilegijs, Indultis, Exemptionibus, Præeminennibus, Libertatibus, Immunitatibus, Prærogativis, Honoribus, Facultatibus, Iuriſtijs, Prærogativis, Honoribus, Facultatibus, Iuriſdictionibus, Conceſsionibus, Indulgentijs, & alijs Gratijs, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus prædictæ Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, illiuſque Capitulo, & Menſę Capitulari, ac Prioratui, Officijs, & alijs Beneficijs, necnon illa pro tempore obtinentibus, cęteriſque Miniſtris, & perſonis, quomodolibet de iure, vel conſuetudine, aut Privilegio, ſeu alias quomodolibet competentibus, quo ad ea quę ſunt in vſu, nec revocata, vel ſub aliqua generali revocatione comprehenſa, nec ſtatui ſęculari, & Sacris Canonibus, & Conſtitutionibus Apoſtolicis, necnon Concilij Tridentini Decretiş, ac præſentibus adverſantur, necnon decimis, primitijs, cenſibus, laudemijs, recognitionibus, ſervitutibus, Libellis, Poſſeſsionibus, Proprietatibus, Legatis, Aniverſarijs, Donationibus, iuribus, rebus, & bonis ad illa quomodolibet ſpectantibus, & pertinentibus, etiam ſi per Sedem prædictam illiuſque Legatos, vel Nuncios, ac Imperatores, Reges, Reginas, Principes, & alios vtriuſque ſexus Chriſti fideles quoſcumque, etiam intuitu, & contemplatione Religionis, & quamdiu illa ibidem vigeret, donata conceſſa, relicta, erogata, & elargita

2 gita fuerit, omnino reducimus. Illis tamen, qui Regulares remanere voluerint, in hijs quæ votorum ſubſtantiam concernunt Statum Religioſum, quoad vixerint, retinere poſſe concedimus, dummodo tamen in ipſa Eccleſia Sanctæ Mariæ perſonæ diverſi habitus non exiſtant, ſicque qui ſæculares eſſet voluerint, tàm in Choro, & Capitulo dictæ Eccleſiæ Cæſarauguſtanæ, quàm alibi, alijs illius Canonicis ſæcularibus in Habitu exteriore, infra declarando, ac ritu inceſſu, & ceremonijs abſque alicuius apoſtaſiæ, irregularitatis, ſeu inhabilitatis nota, vel macula, aut alterius cenſuræ, ſeu pœnę Eccleſiaſticę incurſu, retento ſubtus Regulari eorum Habitu, & firmis alijs remanentibus tribus ſubſtantialibus votis, per eos emiſsis, ſe conformare debeant: Ac fructus quorumcumque Beneficiorũ Eccleſiaſticorum per eos tunc obtentorum, & pro tempore obtinendorum in ſuos proprios, & alios eis bonè viſſos, honeſtos tamen, & alios licitos vſus convertere: Nec non de bonis ſuis mobilibus, & immobilibus, ac ſe moventibus quibuſcumque, tàm in vita, quam in morte, ac in eorum vltimis voluntatibus, perinde ac ſi Regulares numquam fuiſſent teſtari, & diſponere poſsint; ipſis autem Regularibus abinteſtato decedentibus, omnia, & quęcumque eorum bona prędi-

cta, Mensæ Capitulari acquisita sint, & quæcumque, & qualiacumque alia cum Cura, & sine Cura Beneficia Ecclesiastica, etiam si Canonicatus, & Præbendę, Dignitates, etiam maiores, & Principales personatus, Administrationes, & Officia, etiam in alijs Cathedralibus, Metropolitanis, & Collegiatis, alijsque Ecclesijs consistentia, seu si Parrochiales Ecclesiæ, vel earum perpetuæ Vicariæ fuerint, & ad Dignitates, Personatus, Administrationes, & Officia huiusmodi consueverint, qui per electionem assumi, eique Cura imineat animarum; si eis aliàs Canonicè conferantur, aut ipsi eligantur, præsententur, vel alias assumantur ad illa, & instituantur in eisdem, recipere, & dummodo plura simul non sint quamque à Concilio præfato permittuntur, quoad vixerint retinere, & quascumque pensiones anuas super similium, vel dissimilium, Beneficiorum Ecclesiasticorum fructibus, reditibus, & proventibus, ac etiam distributionibus quotidianis, eis dicta auctoritate reservandas, percipere, exigere, & levare, ac in suos vsus, & vtilitatem convertere libere, & licite valeant, neque in quibuscumque impetrationibus, dispensationibus, facultatibus, indultis, & gratijs quibuscumque per ipsos, vel eorum quemlibet, à Sede prædicta, vel eius Legatis, seu Nuncijs Apo-

sto-

ſtolicis, aut locorum Ordinarijs, ſeu alijs vndecumque obtinendis, & ipſis quomodolibet concedendis, vllam de ſuſcepto ab eis Habitu, & emiſſa profeſsione Regularibus, & eorum reductione, & translatione ad ſtatum ſæcularem, huiuſmodi aliiſque premiſsis, vel eorum aliquo mentionem facere teneantur; ſed ſe Canonicos ſæculares, aut Clericos ſæculares denominare, & inſcribere debeant, eadem auctoritate licentiam concedimus, & impartimur; Ac omnia, & ſingula, quæ in dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ, pro Canonicis, & perſonis Regularibus erant, de cætero pro Canonicis, & & perſonis ſæcularibus ſint, & eſſe cenſeantur; Nec deinceps aliqua perſona ad Habitum, & Profeſsionem Regulares inhibi aliquomodo recipi, vel admitti debeat, etſi recipiatur, & admittatur, receptio, & admiſsio huiuſmodi, & inde ſecuta quæcumque nullius ſint roboris, vel momenti. Deinde dictam Eccleſiam Sanctæ Mariæ, ſic in ſæcularem ſtatum reductam, & alteram Sancti Salvatoris, ita vt licèt duæ Eccleſiæ Materiales verè exiſtant Vna in poſterum, atque eadem Cathedralis, & Metropolitana Eccleſia Cæſarauguſtana nuncupari debeat, earumque Dignitates, & Canonici Vnum, atque idem Capitulum conſtituant cum omnibus, & ſingulis Cathedralitatis illarum, & alijs

vni-

alijs iuribus, præheminentijs, & antiquitatibus invicem perpetuo vnimus, coniungimus, & incorporamus. Ac in dicta Ecclesia Cęsaraugustana vnum Decanatum, qui inibi Dignitas post Pontificalem maior existat pro vno Decano, & Quinque Archidiaconatus, nempè Archidiaconatum Maiorem Beatæ Mariæ del Pilar, nuncupandum, in locum Dignitatis Prioratus, qui in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ nunc existit pro vno Archidiacono Maiori Beatæ Mariæ del Pilar, & alium Archidiaconatum Maiorem Sancti Salvatoris in locum illius, qui nunc dicitur Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, pro alio Archidiaconatu Maiori Sancti Salvatoris, & alium Archidiaconatum de Daroca, aliumque de Belchite, atque alium, qui de iure Patronatus dicti Caroli Regis ex Fundatione, vel Dotatione, aut Privilegio Apostolico, cui non est hactenus in aliquo derogatum fore dignoscitur, Archidiaconatum de Aliaga, respectivè nuncupatos, seu nuncupandos, pro alijs tribus Archidiaconis de Daroca, de Belchite, & de Aliaga, etiam respectivè nuncupatis, seu nuncupandis, necnon vnum Cantoratum, pro vno Cantore, ac vnam Thesaurariam, pro vno Thesaurario, item vnum Archipresbyteratum del Pilar, nuncupandum in locum Prioratus Sanctæ Christinæ nuncupati, pro vno Archipresbitero del

Pilar nuncupando, & vnã Scholastriam, pro vno Scholastico, & tres alios Archipresbyteratus Sancti Salvatoris, de Daroca, & de Belchite, similiter nuncupatis, seu nuncupandis, pro tribus Archipresbyteris Sancti Salvatoris de Daroca, & de Belchite, respectivè nuncupatis, seu nuncupandis, omnes Dignitates inibi, non tamen post Pontificalem maiores, ac triginta, & vnum Canonicatus, & totidem Prębendas, quot ad pręsens in prędictis Ecclesijs Sanctæ Mariæ, & Sancti Salvatoris huiusmodi respectivè existunt, esse debere statuimus, & declaramus, ac respectivè erigimus, & instituimus, ita vt dictas tresdecim Dignitates, & triginta & vnum Canonicatus, & Præbendas, huiusmodi pro tempore obtinentes in posterum, postquam infrascripta suppresio trium Canonicatuum, & Præbendarum, effectum sortita fuerit, ac interim donec sortiatur effectum huiusmodi, in qualibet Ecclesia pari numero Canonici, esse debeant, novum, & vnicum Capitulum Cathedralis, & Metropolitanæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ, vti dictum est perpetuo conficiant, & constituant, & Decanus vti Caput nobi Capituli, prædicti habeat locum determinatum in Choris Ecclesiarum Sanctę Marię, & Sancti Salvatoris huiusmodi, ac personalem residentiam modo in vna, modo in altera illarum,

per

per sex menses continuos alternis vicibus facere debeat, ac vni ex dictis Ecclesijs vltimo dicti tres Archidiaconatus, videlicet, del Pilar, de Daroca, & de Aliaga, respectivè nuncupati, ac Thesauraria, & Scholastria, & Archipresbyteratus del Pilar, nuncupatus, & quindecim Canonicatus, ac totidem Prębendę, Ecclesię verò alteri duo Archidiaconatus, videlicet Sancti Salvatoris, ac de Belchite nuncupati, & Cantoria, & tres Archipresbyteratus Sancti Salvatoris, de Daroca, & de Belchite, etiam nuncupati, & reliqui sexdecim Canicatus, cum totidem Prębendis huiusmodi, sive eas, atque eos pro tempore obtinentes in duo Collegia, seu Corpora separati alternis vicibus, ac singulis annis de vna ad aliam perpetuo transferendi, deservire teneantur. Duę autem Capellaniæ perpetuæ Regiæ nuncupatæ, quę nunc in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ institutæ existunt, cum stallo in Choro, & habitu Canonicali in eadem Ecclesia Sanctæ MARIÆ, etiam perpetuo remaneant, nisi aliter pro tempore existenti Archiepiscopo Cæsaraugustano, iuxta mentem dicti Caroli Regis, has duas residentias, & servitia distribuere, ac repartiri videbitur. Statuentes, & ordinantes, vt Decanus pro tempore existens dictæ Ecclesiæ Cæsaraugustanæ conservet, retineat omnia iura, præ-

heminentias, ac prærogativas, quæ prius habebat, tàm in dicta Ecclesia Cæsaraugustana, quam in Curijs, & Officijs publicis Regni Aragoniæ, & adhunc effectum tantum vocetur etiam Decanus Sancti Salvatoris, & Archidiaconus Maior del Pilar, etiam conservet, & retineat ius, quod habebat vti Prior del Pilar, in Officijs publicis dicti Regni, & similiter ad eundem effectum tantum, retineat nomen Prioris del Pilar, & Archipresbyter del Pilar pariter conservet, & retineat ius, quod habebat in Officis publicis dicti Regni, vti Prior Sanctæ Christinæ, & ad similem effectum, tantum etiam retineat nomen Prioris Sanctæ Christinæ. Ad effectum verò dividendi prædictam inter Canonicos residentiam in duobus Choris dictarum Ecclesiarum posit, & debeat antiquior Canonicus ex prædictis triginta vno, eligere pro hac prima vice ex prædictis Ecclesijs, illam in qua vellit primum residere, & proximus in antiquitate Canonicus, transire debeat ad aliam observando hanc Regulam, & Ordinem in omnibus alijs Canonicis, etiam Magistrali, Pœnitentiario, Lectorali, & Doctorali, respectivè nuncupatis: Dictæque Dignitates, ac Canonicatus, & Præbendæ conferri debeant iuxta formam, & thenorem in litteris Apostolicis sæcularizationis prædictæ Ecclesiæ Sancti Sal-

Salvatoris, alias per piæ memoriæ Clementem Papam Octavum Prædecessorem nostrum, factæ expressos, & contemptos. Et vt Habitus sit vniformis cum Capitulum, debeat esse vnicum tantum omnes, tàm Dignitates, quàm Canonici Habitu in prędictis litteris dicti Clementis prædictæ Ecclesiæ Sancti Salvatoris ad statum sæcularem ab eo reductæ concesso, scilicèt, Hyemali tempore Cappis nigris cum Caputijs, Pellibus Armellinis intrinsecus suffultis, ac Rochetis, Manichas strictas habentibus, Æstivò autem Rochetis similibus, & Almutijs serico Rubro in oris internis ornatis, necnon Superpelliceis, seu Cottis cum manicis oblongis, seu alias iuxta consuetudinem in dicta Ecclesia Sancti Salvatoris Canonicè introductam, illi etiam, qui sęculares esse noluerint vti debeant, & teneantur. Et vlterius ad hoc, vt Horę Canonicæ in Ecclesijs prædictis, sic vnitis vniformiter, & in eisdem Horis recitentur posit idem Archiepiscopus reducere, & stabilire Horas Matutinas ad primam Horam noctis, provt recitantur in dicta Ecclesia Sanctæ Marię, vel ad mediam noctem sicuti recitantur in Ecclesia Sancti Salvatoris huiusmodi, provt melius, & convenientius eidem Archiepiscopo videbitur. Et de cætero provisi de Dignitatibus, Canonicatibus, & Præbendis prædictis

ctis præsentare litteras suarum provisionum dicto Capitulo, & in eo prius Possessio eis dari, & deindè in dicta Ecclesia; in qua eius antecessor pro tempore residebat, & in loco ad eum spectante, & in eadem Ecclesia ab illa die, vsque ad prescriptum Collegis suis recedendi tempus residere debeant. Processio verò Generalis Solemnitatis Corporis Christi, perpetuo exeat à dicta Ecclesia Sancti Salvatoris. In die vero Duodecima Octobris, in qua celebratur Solemnitas Apparitionis, vt vulgo vocant Sanctissime Virginis MARIÆ, fiat alia Processio Generalis cum eadem Solemnitate, qua celebratur prædicta alia Corporis Christi, & perpetuo etiam exeat à predicta Ecclesia Sancte MARIÆ, & Festum vt dicitur Patrocinij, Regnorum Hispaniarum prædicte Santissimæ Virginis, etiam Perpetuò celebretur in prædicta Ecclesia Sanctæ Mariæ; Ad dictas autem Processiones, provt ad omnes alias, quæ pro tempore à prædicto Capitulo Cæsaraugustano fient, accedant omnes Dignitates, & Canonici ambarum Ecclesiarum huiusmodi, cum eodem ordine, & graduatione, quibus assistunt in Capitulo, & immediatè post Canonicos moderniores incedant duo Capellani Regij nuncupati, residentes in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ, si aliter dispositum non

fuerit, ac deindè post eos cæteri Præbendati dictarum Ecclesiarum huiusmodi, iuxta antiquitatem receptionis cuiuslibet eorum, in qualibet prædictarum Ecclesiarum, quod idem sit respectu aliorum Beneficiatorum, & Ministrorum. Cum vero Procesfsio ex vna ex dictis Ecclesijs exire debebit, Dignitates, & Canonici, cæterique in altera Ecclesia tunc residentes, accedant processionaliter cum sua Cruce ad dictam Ecclesiam, à qua Processio exire debebit, & directè ingrediantur, in eius Chorum, ibique vnusquisque ingredientium ratione suæ antiquitatis locum habeat, ac etiam vna illa tantum Crux, quæ deferretur ex alterá Ecclesia, in alterá vndè exire debebit Processio, deferri debeat in dicta Processione, & statim ab ingressu in dictam Ecclesiam collocetur eadem Crux, in loco vbi præcedat omnes alias Parrochialium Ecclesiarum Cruces, absque eo quod concurrat propria Crux in dicta Ecclesia. Sanctorum vero Reliquiæ, quando deferrentur in dictis Processionibus, eo ordine deferantur, vt præcedere debeat alias omnes, dignior, & præstantior Reliquia, siue eius ferculum, aut Reliquiarum eius Ecclesiæ, à qua Processio exibit, indeque sequatur alterius Ecclesiæ alia cæteris dignior similiter, atque præstantior, & has aliæ vtriusque Ecclesiæ, hoc eodem

alter-

alterno ordine, sequantur. Semperque in Processionibus, Funeralibus, & alijs functionibus, quo non vocatur fuerit integrum Capitulum, sed pars illa tantum, quæ tunc serviet alteri dictarum Ecclesiarum, serventur, & impendantur eidem honor, & prærogativæ, quæ servarentur, & impenderentur, si Capitulum integrum interveniret. Et quo ad musicam vtraque Ecclesia vtatur pari numero Musicorum, & instrumentorum, & eis solvatur equale salarium, ac deficiente aliquo, illorum loco, infra octo dies Capitulum prædictum Ædicta affigat, & infra duos Menses à die Datæ Ædictorium huiusmodi, de dicto loco provideri debeat, alias prædicto tempore elapso ad pro tempore existentem Archiepiscopum prædictum electio devolvatur. Item, Cantores, Organistæ, & alij Musici vnius Ecclesiæ, nequeant in altera recipi, sed perpetuo remaneant in Ecclesia, in qua à principio fuerunt recepti. Quando autem omnes convenient, occasione vnionis totius Capituli, sub directione, & gubernio Magistri Capellę illius Ecclesię, à qua Processio exibit canere debeant, ac observare inter se antiquitatem suorum vniuscuiusque locorum, & precedentiam, ac si omnes vni Ecclesię, tunc deservirent. Pro electione verò Prędicatoris pro tempori-

Musicos y Ministr.

ri-

ribus Quadragesimę, & Adventus teneatur Capitulum se congregare in Mense Aprilis, & committere duobus Canonicis singularum dictarum Ecclesiarum, vt eorum quilibet eligat Prędicatorem Adventus illius Anni, & consequenter Quadragesimæ sequentis Anni, pro Ecclesia præsentis suę residentiæ, & eleemosyna, quæ dabitur eisdem Prædicatoribus ęqualis esse debeat pro vtraque Ecclesia: Ac in die Cinerum prædicetur in duabus Ecclesijs vnitis huiusmodi, & in illa Hospitalis Beatæ Mariæ de Gratia nuncupati, iuxta consuetudinem dictæ Civitatis, quæ in hoc servanda erit. Publicationes verò Indulgentiarum, & aliarum Gratiarum, ac excommunicationes publicari solitæ in Ecclesijs Cathedralibus in illa fieri Ecclesia, in qua pro tempore actualiter residebit Decanus, & in hac etiam Capitula celebrari, ac teneri, & concursus pro vacantibus, & per concursum providendis Canonicatibus haberi debeant: Et Rectores Parrochialium Ecclesiarum dictæ Civitatis singulis diebus Sabbati cuiuslibet Hebdomadæ, petere etiam debeant Ordinem recitandi Divinum Officium, per totam Hebdomadam sequentem, in illa Ecclesia, in qua etiam, vt premittitur, dictus Decanus pro tempore residebit. Fructus autem, redditus, & Proventus dictarum Ecclesiarum conserventur, prout nunc sunt divisi, quovique Nos certiorati de statu, in quo

Mensa divisa

dę

de præſenti reperiuntur Eccleſię prędictę ſub id diſpoſuerimus. Interim verò illis Canonicis, & Dignitatibus, qui prius reſidebant in Eccleſia Sancti Salvatoris, & in poſterum, vel in ea, vel in altera Sanctæ MARIÆ reſidebunt, ſolvantur eorum Portiones perindè, ac ſi adhunc reſiderent in prædicta Eccleſia Sancti Salvatoris, atque ex eiſdem Maſſa, & redditibus, ac illis qui prius reſidebant in Eccleſia prædicta Sanctæ Mariæ, & tunc temporis in eadem, ſeu in altera Sancti Salvatoris reſidebunt, ſimiliter ſolvatur ex eiſdem Maſſa, & redditibus Eccleſiæ Sanctæ Mariæ, eadem ſumma quam percipiebant, & percepturi fuiſſent; ſi adhuc reſiderent in dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ: Et Archidiacono Majori del Pilar, qui ſubrogabitur in locum Prioris dictæ Eccleſiæ, aſſignetur duplicata portio, præterquam in diſtributionibus quotidianis, illius quæ dabitur cuilibet ex ijs Canonicis, qui prius reſidebant in dicta Eccleſia Sanctæ Mariæ: Et reliqui fructus non ſpectantes ad Menſas Capitulares vnitarum Eccleſiarum prædictarum, prout ſunt reditus Fabricæ, & Eleemoſynarum convertantur in eos vniuſcuiuſque earumdem Eccleſiarum vſus in quo deſtinati ſunt, ſine comixtione, vel confuſione, ſed eorum computum ſeparatum teneatur. Nullumque inde præiudicium ſequatur Creditoribus Menſa-

ſarum prædictarum, etiam occaſione penſionum Eccleſiaſticarum ſuper earum bonis, hypotecas habentes, ſed eorum iura remaneant talia qualia ſunt, in ſtatu, & terminis, in quibus de præſenti reperiuntur, ita vt propter præmiſſa, nullum novum ius ipſi creditores acquirant, nec acquiſitum ammittant. Præterea quia obtemporum iniuriam, & prędictarum litium neceſſarias expenſas fructus Menſarum Capitularum, huiuſmodi valdè diminutos exiſtere, examine rei extra ordinem habito, Nobis innotuit, tres Canonicatus, & totidem Præbendas, ex nunc provt ex tunc, & è contra postquam illos primo loco, etiam per cenſum, & ex cauſa permutationis, vel deceſſum, aut privationem, vel amiſsionem, Religionis ingreſſum, aut promotionem, ſeu aſſecutionem alterius Beneficij Eccleſiaſtici, vel matrimonij contractum, aut alias quovis modo, ſeu quomodocumque extra Romanam Curiam, non tamen per obitum apud Sedem Apoſtolicam vacare contingerit perpetuò ſupprimimus, & extinguimus, & illorum fructus redditus, & proventus Menſæ Capitulari Cæſarauguſtanæ, ſalvis tamen, & illæſis remanentibus penſionibus, ſuperdictorum Canonicatuum, & Præbendarum fructibus, reditibus, & proventibus, ac diſtributionibus per Sedem eandem in actu illorum

pro-

provisionum, seu resignationum, vel alias quomodolibet reservatis, quę firmæ, & illesæ, vt præmittitur remaneant donec cessaverint, aut alias extinctæ fuerint, & ad illarum solutionem Capitulum prædictum sub eisdem obligationibus omnino teneantur, etiam perpetuo applicamus; & appropriamus. Volentes, vt Domus in quibus de præsenti habitant Canonici dictæ Ecclesiæ Sanctæ Mariæ, quandocumque eas vacare contingerit subiaceant pariformi, atque eidem optioni cum illis, quas nunc habitabant Canonici dictæ Ecclesiæ Sancti Salvatoris, admissis ad dictam optionem, tam Archidiacono Maiori del Pilar, & alijs Dignitatibus certas Domos non habentibus, quàm omnibus vtriusque Ecclesiæ Canonicis; Ac pro tempore existens Archiepiscopus statim, postquam præsentaverit litteras Apostolicas, Provisionis, & præfectionis dictæ Ecclesię prædicto Capitulo, & ab eo adeptus fuerit possessionem, seu quasi regiminis, & administrationis illius, apprehendere debebit illam, in Choris vtriusque Ecclesiæ ab ea incipiens, quæ magis ei placuerit; Et in festivitatibus Beatæ Mariæ Virginis, Sancti Iacobi, & Sancti Braulionis, & in die Conversorum nuncupato, si pro tempore existens Archiepiscopus prædictus, Pontificaliter celebrare velit, omnino celebrare teneatur in di-

dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ, cum assistentia dumtaxat Dignitatum; & Canonicorum, qui tunc residebunt in dicta Ecclesia Sanctæ Mariæ, & similiter in Festivitatibus Paschatis, Resurrectionis Dominicæ, & Penthecostes, & alijs Domini nostri Iesu Christi; & Sancti Valerij, & Nativitatis Sancti Ioannis Baptistæ, & Sanctarum Iustæ, & Rufinæ; si prædictus Archiepiscopus, vt præmittitur Pontificaliter celebrare velit, debeat etiam omnino celebrare in prædicta Ecclesia Sancti Salvatoris, cum assistentia tantum Dignitatum, & Canonicorum, in eadem Ecclesia Sancti Salvatoris, tunc residentium. Verum functiones Maioris Hebdomadę fiant à prædicto Archiepiscopo, ad eius arbitrium in altera dictarum Ecclesiarum, sibi bene visa, cum hoc tamen, quod mittere debeat ad aliam Ecclesiam, in qua dictam functionem non faciet, portionem qua egebit Olei Sancti, & quo ad distributionem dicti Olei Sancti, quæ fit cæteris Parrochialibus Ecclesijs totius Diœcesis Cæsaraugustanæ, ad hoc, vt illarum Rectores æqualiter illud recipiant ab vtraque Ecclesia, earum cuilibet, nota detur cum medietate dictarum Ecclesiarum Parrochialium, tàm intra, quàm extra Civitatem Cæsaraugustanam existentium, & tunc vtriusque residentiæ antiquiores Archipresbyteri distribuant Recto-

ri-

ribus vtrique parti æqualiter assignatis. Distributio verò Palmarum in Dominica Palmarum, & Candelarum in Festo Purificationis Beatæ Mariæ Virginis in vtraque fiat Ecclesia. Totum autem Capitulum prædictum condere possit Statuta, licita tamen, & honesta, in omnibus illis Rebus, quæ Sacris Canonibus, ac litteris Apostolicis prædicti Clementis Prædecessoris, super sæcularizatione dictæ Ecclesiæ Sancti Salvatoris, ac in præsentibus contentis, ac Constitutionibus Apostolicis non adversentur; Ac de cætero prædictis litteras Clementis Prædecessoris, in hijs quibus per præsentes eis derogatum non fuerit observari debere, etiam perpetuo præcipimus, decernimus, & ordinamus. Denique pro eorundem omnium, & singulorum præmissorũ, quæ tã in hijs præsentibus, quã in prædictis Clementis Prædecessoris continentur, propter vtramque litterarum huiusmodi inter se dependentiam, & connexionem, executione, Sede Archiepiscopali Cæsaraguſtana plena, pro tempore existenti Archiepiscopo, in omni eo in quo dictus Archiepiscopus interesse non habuerit, & in eo in quo de eius interesse agetur, & similiter Sede Archiepiscopali vacante Episcopo Suffraganeo Antiquiori, plenam, & amplam facultatem similiter impartimur. Decernentes præmissa om-

facultas statuendi

D nia,

nia, & singula, necnon presentes nullo vnquam tempore, etiam ex eo quod quincumque cuiusvis Status, Ordinis, preheminentie, & Dignitatis, aut aliàs specifica, & individua mentione, & expressione digni in premissis, seu eorum aliquo ius, vel interesse habentes, seu habere pretendentes, & quandocumque habituri, vel pretensuri illis non consenserint, nec ad ea citati, vocati, vel auditi, nec cause, propter quas presentes emanarint aducte, specificate, & iustificate fuerint, aut ex quavis alia quantumvis iuridica, & legitima pia, privilegiata, speciali nota digna, ac de necessitate iuris, vel facti, aut circunstantiarum, seu alias omnino exprimenda causa, colore pretextu, & capite, etiam in corpore iuris clauso, etiam enormis, enormissime, & totalis lesionis nullo vnquam tempore de sureptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, vel intentionis nostre, ac interesse habentium, vel habiturorum consensus, aliovè quomodolibet, etiam quantumvis magno substantiali, & substantialissimo, ac incogitato, & inexcogitabili, individuamque expressionem requ rent, defectu, notari, impugnari, infringi, redargui, in ius, vel controversiam vocari, ad viam, & terminos iuris reduci, aut adversus eas aperitionis oris, restitutionis in integrum aliudve quodcumque iuris, vel facti gratie remedium impetrari, vel intentari, aut impetrato, seu etiam Motu proprio concesso, vel

ema-

emanato, quempiam in iudicio, vel extra illud vti seu se iuvare posse: Neque sub quibusvis vnionum, dismembrationum, separationum, etiam effectum non sortitarum, aliarumque similium, vel dissimilium gratiarum, revocationibus, limitationibus, modificationibus, suspensionibus, derogationibus, aut alijs contrarijs dispositionibus, per quoscumque Romanos Pontifices, & per Nos, & Sedem prędictam etiam in crastinum assumptionis, ad Summi Apostolatus apicem quarumcumq; Successorũ nostrorum, vel alias etiam Motu simili, & ex certa scientia, etiam Consistorialiter, ac de Apostolicæ potestatis plenitudine sub quibuscumque thenoribus, & formis, ac cum quibusvis etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficatioribus efficacissimis, & in solitis clausulis, necnon irritantibus, & alijs decretis, etiam ex quibusvis causis, & alias quandocumque pro tempore emanatis, etiamsi de eisdem præsentibus eorumque toto thenore ac data, specialis, specifica, expressa, & individua, ac de verbo ad verbum mentio fiat comprehendi, sed tanquam in Divini Cultis favorem Ecclesiasticarum personarum pacem, & concordiam, ac decretorum dicti Concilij Tridentini executionem concessa semper, & omnino ab illis excepta, & quoties ille emanabunt, toties in pristinum, & validissimum, & eum in quo antea quomodolibet erant statum restituta, reposita, & ple-

 na-

narie reintegrata, ac de novo etiam sub quacumque posteriori, & nova Datta per Carolum Regem, eiusque Successores, necnon pro tempore existentes Archiepiscopum, & Capitulum prędictos, quandocumque eligenda concessa valida, & efficacia esse, & fore, ac suos plenarios, & integros effectus sortiri, & obtinere, ac ab omnibus, ad quos nunc spectat, & pro tempore spectabit inviolabiliter, & ad vnguem observari. Sicque & non aliàs in omnibus, & singulis præmissis per quoscumque Iudices Ordinarios, Delegatos, etiam Causarum Palatij Apostolici Auditores, ac eiusdem S. R. E. Cardinalis, & de Latere Legatos, Vicelegatos, & dictæ Sedis Nuncios, aliosque quoslibet quavis Præheminentia, & Potestate fungentes, & functuros sublata eis, & eorum cuilibet, quavis aliter iudicandi, interpretandi, & definiendi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, irritum quoque, & inane si secus super his, à quoquam quavis auctoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantibus omnibus, & singulis præmissis, ac nostris, & Cancellariæ Apostolicæ Regulis de Vnionibus committendis ad partes vocatis quorum interest, ac de exprimendo verò anno valore, & de iure quæsito non tollendo, necnon quatenus opus sit Lateranensis Concilij novissimè celebrati vniones perpetuas, nisi in casibus à

iure

iure permissis fieri prohibentis, ac recollendæ memoriæ Pij Papæ Quarti, etiam Prædecessoris Nostri de Gratijs interesse dictæ Cameræ Apostolicæ, quomodolibet concernentibus in dicta Camera infra certum inibi expressum tempus registrandis, & insinuandis, aliàs illę non valeant, alijsque quibusvis Apostolicis Constitutionibus, & Ordinationibus, etiam in Synodalibus, Provincialibus, Vniversalibus, & Generalibus Concilijs editis, vel edendis specialibus, vel generalibus, necnon Cæsaraugustanæ, & aliarum Ecclesiarum quarumcumque, & ordinis prædictorum, etiam iuramento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis, statutis, & consuetudinibus Privilegijs quoque, indultis, & Litteris Apostolicis, etiam in forma Brevis, per quoscumque Romanos Pontifices Prædecessores Nostros, ac Nos, & Sedem eandem etiam per viam Legis generalis, & Statuti perpetui, ac Motu, scientia, & potestatis plenitudine paribus, & cum quibusvis, irritativis, anullativis, causativis, revocatis, præservativis, exceptivis, restitutivis, declarativis mentis attestativis, ac etiam derogatoriarum derogatorijs, alijsque efficacioribus, efficacissimis, & insolitis clausulis, ac irritantibus, & alijs Decretis eisdem Ecclesijs vnitis, illarumque Præsulibus, Superioribus, Capitulis, Conventibus, &

Personis, etiam locorum Ordinarijs, alijsque quibusvis, etiam ad Imperatoris, Regum, Reginarum, Ducum, & aliorum Principum instantiam, seu corũ intuitu, & contemplatione in contrarium eorundem præmissorum, etiam pluries concessis approbatis, & innovatis. Quibus omnibus etiam si pro illorum sufficienti derogatione aliàs de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulas generales idem importantes mentio, seu quævis alia expressio habenda, aut aliqua alia exquisita forma, ad hoc servanda foret, tenoris huiusmodi, ac si de verbo ad verbum, nihil penitus ommisso, & forma in illis tradita observata inserti essent, illis aliàs in suo robore permansuris, hac vice dumtaxat specialiter, & expressæ, ac opportune, & validè Motu scientia, & potestatis plenitudine paribus derogamus, illisque omnibus, & singulis derogatum esse volumus contrarijs quibuscumque, volumus autem quod per præsentes iure Patronatus, super dicta Ecclesia Cæsaraugustana, prædicto Carolo Regi, eiusque Successoribus competenti in nihilo præiudicatum esse intelligatur, sed illud in statu, & terminis in quibus ante præmissa erat omnino firmum, & illessum remaneat. Nulli ergo omnino Hominum liceat, hanc paginam no-

strę

ſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, ſuppletionis, ſanationis, remotionis, peremptionis, abolitionis, reductionis, conceſsionis, impartitionis, declarationis, erectionis, inſtitutionis-ſupreſsionis, extinctionis, applicationis, apropriationis, voluntatis, Decreti, & Derogationis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſumpſerit indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apoſtolorum, eius ſe noverit incurſurum. Datis Romæ apud Sanctam Mariam Maiorem, Anno Incarnationis Dominicę milleſimo ſexcenteſimo ſeptuageſimo quinto, Tertio Idus Februarij, Pontificatus Noſtri Anno Sexto. Locus † Plumbi pendentis.

QVOD S. IACOBVS Apostolus in Hispaniam venerit, ibiq; Euangeliũ prædicauerit, præter constantem ac perpetuam Ecclesiarum Hispaniæ traditionem, multi etiam externi authores, & Breuiaria, & docti pijq; homines diuini verbi, & Euangelij concionatores vnanimiter testantur; sed prius viros sanctos commemoremus, qui hoc literis consignarunt: deinde Breuiaria, quæ in diuersis diœcesibus, ac religionibus, hoc passim in officio festiuitatis sancti Iacobi decantarunt: & tãdem historicos, & concionatores, qui hoc ipsum varijs in Prouincijs Catholico populo prædicarunt, referamus.

Sanctus Hieronymus super Isaias, capit. 34.

S. Augustinus in sermone cuiusdam Martyris, citatus à Ioanne Osorio in sermone de S. Iacobo.

Sanctus Anastasius Patriarcha Antiochenus, Synaita dictus, de cuius memoria agitur in Martyrologio Romano vigesima prima mensis Aprilis, in libro de passionibus Martyrum.

Sanctus Isidorus Archiepiscopus Hispalensis, in libro de ortu & obitu Patrum Veteris, & Noui Testamẽti capit. 73 & 83. in æditione Parisiensi in Madritiana verò, cap. 71. & 81.

Sanctus Braulius Episcopus Cæsaraugustanus, in ab-

BREVIARIA.

Bre-

HISTORICI, CONCIONATORES, & alij viri pij.

A

Baptista

E

F

Febar-

G

¶¶ homi-

Ioan-

¶¶ 2 Mi-

Philippus Diez Lusitanus Minorita tom.3.1 part. conclus.1. de sancto Iacobo.
Petrus Themesmario de sanctis in sermone de S. Iacobo.
Petrus Cenedo in collectaneis in ius Canonicum par. 1. cap. Beatus 22. quæst. 2. & in responso pro Ecclesia de Pilari.
Pedro de Ribadeneyra, Societatis Iesu, en la 2. part. del Flos sanctorum en la vida de Santiago. fol. 66.
Petrus de la Vega, ordinis S. Hieronymi, in libro inscripto Flos sanctorum in vita S. Iacobi, & seorsum in fundatione Ecclesiæ S. Mariæ de Pilari.
Petrus Canysius supra versic. Canysius.

Q

QVinternus festorum propriorũ Ecclesiæ Granatensis in festo sancti Iacobi.
Quinternus officiorum propriorum festorum, quæ celebrãtur in ordine S. Iacobi de Spata, autoritate Apostolica approbata, impressa Antuerpiæ, anno 1572. idus Maij in festo sanctorum Torquati, & sociorum, lect. 4. 5. & 6.

R

ROdericus Sanctius, Episcopus Palentinus, in historia sua Hispanica par. 1. cap. 4.
Robertus Carazolus de Litio, ordinis Minorũ, Episcopus Aquinas. serm. sancti Iacobi.
Ramiri Regis priuilegium apud Ambrosium Morales in chronica Hispaniæ lib. 9. cap. 7.

S

T

V

Vsuar-